16

DE

ANTIQUITATE ET AFFINITATE

LINGUÆ

ZENDICÆ, SAMSCRDAMICÆ,

ET

GERMANICÆ

DISSERTATIO

AUCTORE

P. PAULINO A S. BARTHOLOMÆO

CARMELITA DISCALCEATO, LINGUAR. ORIENTALIUM PROFESSORE, MISSIONUM ASIATICARUM SYNDICO, ACADEMIÆ VOLSCORUM VELITERNÆ, ET REGIÆ NEAPOLITANÆ SOCIO.

ANNO MDCCXCVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENT.MO AC REVER.MO PRINCIPI

STEPHANO BORGIA

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ PRESBYTERO

CARDINALI

TITULI S. CLEMENTIS

S. CONGREGAT. AB INDICE ET DE PROPAGANDA FIDE PRÆFECTO

F. PAULINUS A S. BARTHOLOMÆO, CARMELITA DISCALCEATUS FELICITATEM.

Jus & fas est, DOCTISSIME CARDINALIS, *tenue hoc opusculum nomini* TUO *inscribi: ita enimvero fiet, ut superioris anni vitium expurgetur. Sub Typographi prælo de-*

Digitized by Google

*sudabat mense Martio Dictionarium Brahmanicum Amarasinha, dum Tu violenta furentium Gallorum manu cum aliis Tuis Em.*mis *Collegis primum Romæ in ædes Puellarum, quas* Conversas *vocant, deinde Centumcellas in angustum Fratrum Prædicatorum cœnobium perductus fuisti* (*). *Vidi tunc, & admiratus sum* TUUM *in ærumnis invictum animi robur, in amicos non interruptam benevolentiam, in asserenda veritate constantiam, in literatos viros semper sibi constans studium & curam. Ut hæc tam præclara virtutis* TUÆ *decora aliquo documento patefacerem, adivi gallici exercitus ducem, tunc Urbis Præfectum, & ab eo supplex petii, ut illud peregrinæ eruditionis monumentum, Amarasinham dico,* TIBI *consecrare liceret. Sed proh dolor! homo prædæ intentus, & humanitatis expers truci facie iterum iterumque acriter obstitit, & jam in-*

cas-

(*) *Acta hæc sunt die* 8. *&* 10. *mensis Martii anni* 1798. *Vide* SS. D. N. PII PAPÆ VI. ad Galliarum Ecclesias Rescripta, Editio novissima collecta & aucta ab H. L. Hulot, anno Æ. V. 1799., *pag.* 308.

caſſum recidentibus meis votis liber meus ſine Tui *nominis ornamento in lucem prodivit. Accipe nunc igitur illius in vicem hoc opuſculum, quod* Tibi *tam ſingulari jure & merito devinxiſti:* Tu *enim exoticarum linguarum ſtudioſus Fautor,* Tu *Indicorum monumentorum primus in Italia Aſſertor;* Tu *omnis politioris literaturæ integerrimus Judex, & optimus es Patronus. Nec* Tua *ab Urbe peregrinatio, nec* Tua *ab inſigni Muſeo* Tuo *Veliterno disjunctio, neque præſens ab Urbe & Patria* Tua *exilium efficere potuit, ut honeſtiſſimis his ſtudiis, & doctis occupationibus nuntium & vale dares. Nemo jam mihi Bembos, nemo Sadoletos, Thomaſios, aut Bellarminos obtrudat. Sui ſeculi ſint illi decora:* Tu *noſtri amor, decus, & ornamentum. Quis enim* Te *non amet, quicumque amat politiores literas? Quis ea non admiretur, quæ* Tu *ipſe ſcripſiſti, aut per alios* Tuo *ære,* Tua *cura & præſidio elucubratus es? Quis non videat noſtri ſeculi ornamenta, quod* Tu *novis & fere ex omnibus orbis partibus accitis monumentis ornaſti, illuſtraſti, diſtinxiſti? Age igitur* Doctissime Cardinalis, *& pro* Tuo

in-

Digitized by Google

insigni exoticarum literarum studio & amore hoc meum opusculum complectere; & ut soles, Tuo præsidio, Tua benevolentia, Tuo favore me proſequere, ac vale.

Dabam Patavii Nonis Junii M.DCC.IC.

Digitized by Google

§. I.

PERSIDIS BREVIS DESCRIPTIO.

De veteri Perſidis lingua acturi æquum eſſe cenſemus, noſtram diſſertationem a Perſidis deſcriptione ordiri. Hoc enim fiet modo, ut Lector & ea, quæ infra de Samſcrdamica, & Zendica lingua ſumus dicturi, facilius intelligat, & affinitatem harum linguarum penitius inſpiciat. Cingitur Perſis ad ortum India ſeu regno *Sindhuſtan*, provincia *Kâboul*, *Tranſoxiana* & *Khowdrezm*; ad occaſum habet Turcicum imperium & *Syriam*, ad ſeptentrionem *Ruſſiam*, *Circaſſiam*, & majorem *Tatariam*, ad meridiem Deſertum *Nedjed* (1). Hos limites Perſidi aſſignat *Abdoul-Kérym*, auctor a D. Gladwin Angio, & Langleſio laudatus, qui Perſidis provincias luſtraverat. Addi poſſunt Du Chardin, Niebuhr, Golius in notis ad *Alfraganum*, Bernardus de Jeniſch in inſigni opere inſcripto: *Hiſtoria priorum regum Perſarum poſt firmatum in regno Islamiſmum*; & noviſſima relatio Epiſcopi *Iſfahanenſis* D. *Cornelii a S. Joſeph* Carmelitæ Diſcalceati anno 1772. S. Congregationi de Prop. Fide porrecta (2). Dividit *Abdoul-Kerym* Perſidem

(1) Voyage de l'Inde à la Mekke, par *Abdoul-Kérym*, favori de *Tahmas Qouly-Khan*; par L. *Langlès*, à Paris 1797. pag. 26.

(2) Dividit ille Perſidem in provinciam, cujus caput eſt urbs *Iſfahan*, a *Kérym-Khan*, poſt *Tahmas Kuly-Khani* fata obſeſſam; ea eſt *Irak* & *Adjemi*. Secunda *Suſiana*, cujus caput *Suſeſter*, fortaſſis vetus Aſſueri *Suſa*. Tertia *Farſiſtan*, cujus princeps urbs eſt *Sciras*, ſeu ut Galli ſcribunt *Chyras*. Non procul ab hac urbe hodiedum viſuntur rudera antiquæ Perſepolis. Quarta eſt *Ghilan*, quæ definit ad mare Caſpium, hodie mare *Mázendran* vel mare *Abgoun*, aut *Kherz* ab incolis dictum. Accedunt provinciæ *Tabriſtan*, *Aderbedjan*, *Kirman*, *Loviſtan*, quæ ultima in Itinerario *Abdoul-Kerymi* haud recenſetur. Hæ omnes provinciæ anno 1772. uni *Kérym-Khano* ſubjectæ erant. *Achmed Shahy* ex proſapia *Afghanorum* oriundus, dominatur provinciæ *Qandahar*, & fortiſſimo municipio *Kabul*,

dem in ſeptem provincias, quarum prima eſt *Koraſan*, id eſt, vetus *Parthia*, *Aria*, *Margiana*, & *Bactriana*. In hac urbes ſunt *Herat*, *Meſchehed*, *Miru ſchaydjan*, *Miru er-roud*, *Sebzwar*, *Niſhapur*, *Aſter-abad*, *Qudjun*, *Abjurd*, *Bëjſch*, *Tun*, *Djam*, *Lunguer*. Secunda provincia eſt *Irak-Adjemi*, pars antiquæ *Aſſyriæ*, *Mediæ* & *Parthiæ*, montibus inſignis, ex quibus poſt diluvium genus humanum in campum *Sennar* deſcendiſſe prodidit *Beroſus* apud Fl. Joſephum *Antiq. Jud. lib.* 1. *cap.* 4., Jonathan Chaldæus paraphraſtes & Onkelos, cum multis aliis non ignobilibus Scriptoribus huius noſtri ſeculi. In hac provincia excellunt urbes *Isfahan*. *Kerman*, *Kaſchan*, *Kom*, *Hémadan*, *Kermanſchahan*, *Kazwin*, *Thehran*, *Ramyn*, *Yezd*. Tertia provincia eſt *Fars*, ſeu antiqua *Parthia*, in qua *Schyras*, *Djerham*, *Bender-Abasy*. Quarta *Aderbedjan ſeu Azerbedjan*, veteris *Aſſyriæ* pars, fortaſſis *Magorum*, *Brahmanorum* & *Samanæorum* patria & origo, nam prima diviniignis adoratrix fuit, eamque Brahmanes hodiedum odio habent, atque incolas *Aſuras*, ideſt, dæmones, & *malos genios* appellant, fortaſſis ideo, quod in adoptandis deorum ſimulacris tardior fuit, & ab eorum cultu populum removerit, quem tamen Brahmanes in India ſuſceperunt, & propagarunt (3). In hac provincia præcipuæ ſunt urbes *Tebryz*, *Gondjeh*, *Qara-Bagh*, *Nekhdjevan*, *Trivan*, *Ardebyl*. Quinta *Schyrvan*, ſeu ut Galli ſcribunt, *Chyrvan*, pars borealis antiquæ *Mediæ*, habet urbem *Shamaky*, quam veterem

Cy-

Kabul, per quod ex *Perſide* in *Sindhuſtan* aditus patet, per quem Alexander M., Timur, & Nâdir-Shah Indiam petierunt. Communicat enim hæc regio cum Magni *Mugulis* imperio jam everſo, & *Afghana* natio, quæ a *Judæis* deſcendiſſe creditur, Indis proxima eſt. Tertium dominium eſt *Shahi-Rugh*, nepotis *Nâdir-Shahi*, qui tenet provinciam *Khoroſan*, quæ ſi *Golio* credimus, vetus eſt *Parthia*, *Aria*, *Margiana*, & *Bactriana*, in qua philoſophos *Samanæos* vixiſſe narrat Clemens Alex. *Strom. lib.* 1. p. 359. edit. Ven., & Cyrillus *lib.* 4 *contra Julianum*. Hic princeps regno ejectus ad Tataros profugit *Uzbekios*. Quartus Perſidis princeps erat *Heraclius* religione Græcus, dominus *Georgiæ*, quæ prima fuit provincia, quæ Perſarum imperium agnovit, ut ſe a ſervitute Ottomanica liberaret. Hæc provincia hodie Moſcovitis ſervit.

(3) Magos Perſicos *ſigna ſtatuaſque reprehendere, & eorum imprimis, qui mares eſſe deos ac feminas dicunt*, ſcripſit Diogenes Laertius *De vitis & moribus Philoſophorum*, *lib.* 1. *p.* 16. edit Lugd., & Origenes *lib.* 7. *contra Celſum*, *pag.* 517. edit. Paris. Diſſonat Brahmanorum doctrina, qui ſtatuas & ſimulacra ab antiquiſſimis temporibus coluerunt, ut palam & aperte conjicitur ex idolis & ſimulacris vetuſtiſſimi templi inſulæ *Elephantæ*, *Salſette* ſeu *Shashatta*, & *Mavalipuram* in ora *Tſchôlamandala*.

Cyropolim eſſe arbitratur Langlès. Sexta *Mazendran*, pars *Hyrcaniæ* juxta d'Herbelot, excellit urbe *Sary*, *Ashref*, *Balferush*. Septima *Ghilan*, ſeu *Guilan* numerat urbem *Resht*, *Lahdjan*. Eſt autem *Ghilan* provincia ſita ad mare Caſpium, commercio holoſerici dives, & ut *Golius* credit, patria veterum *Geterum*, ſeu *Getarum*, quorum meminit Ptolemæus & Strabo.

Ex hac Perſidis deſcriptione jam patet, Indiam ſeu *Sindhuſtan* ſitam eſſe ad ortum, veterem *Chaldæam* & *Babyloniam* ad Perſidis occaſum, & inter fluvium *Euphratem* ſeu *Forat*, ac *Tigrem* ſeu *Didjeleh* a Nord Oueſt verſus Sud Eſt protendi *Djarbekir*, ſeu *Meſopotamiam*, quam Veteres *Aram Naharajim*, & *Padan Aram*, id eſt, *Aram binorum fluviorum* nuncupabant. Græcis hæc provincia *Meſopotamia* & *Mediamna* audit, ut ex veteri Dionyſii Periegetis interprete conſtat. Habet Perſis ad meridiem deſertum *Nedjed*, quod in Arabiam excurrit, montibus a Babylonia disjunctam, & ad ſeptentrionem proxime *Aſſyriam*, ad mare Caſpium antiquam *Mediam* & *Hyrcaniam*, paulo ſuper Aſſyria *Armeniam*, & ad mare Caſpium *Georgiam*; quæ, ut in ſuperiori adnotatione diximus, hodiernæ *Perſidis* provincia eſt. Quidquid ultra *Mediam* ſeu *Shyrvan*, *Armeniamque* verſus boream protenditur, hoc veteres *Scythiam* nuncupabat; unde mari Caſpio *Sinus Scythicus*, & *Sinus Hyrcanus* nomen inhæſit; quod ex *Ortelio*, *Sanſonio*, *Cellario*, aliiſque veteribus Geographis patet.

Quod ſi vera eſt linguæ *Zendicæ* & *Samſcrdamicæ* affinitas, eſt autem certiſſima, jam facile liquet, qua ratione hæc affinitas nata ſit. Diximus *Sindhuſtan* ad ortum ipſius Perſidis ſitum eſſe. *Abdoul-Kerym* hoc intervallum, quod inter Indiam & Perſidem intercedit, ſatis dilucide deſcribit. Statim ad territorium *Sindhu* fluminis, quod olim Perſidem ab India ſecernebat, multi ſunt *Zémyndar*, id eſt, *agrorum poſſeſſores*, qui ab Indico monarcha hos agros in proprietatem receperant ea conditione, ut ex iis annuum tributum pendant. Sequitur ultra verſus Perſidem urbs *Lárkáneh* cum ſuis agris hodie incultis, in quibus adhuc aliqui Indi vagantur. Inde fit iter per inſultam deſertamque tellurem, quam *Deſcht-Beydaulet* nuncupant. *Deſcht* eſt corruptio vocabuli Samſcrdamici *dísham*, quod proprie *territorium* ſeu *diſtrictum* ſignificat: hic autem ſumitur pro deſerto ſeu territorio inculto, quod Perſidem ab India ſeparat. Sequitur eadem via, *Peſchenk* dicta, caſtellum *Kandahar*, quod *Nádir-Schah* evertit, & loco illius municipium a nomine ſuo *Nádir-abad*, ſeu urbs *Nadir ſchahi*, dictum, conſtruxit. Extra *Kandahar* adeſt flumen *Andal*, quo tra-

Digitized by Google

jecto ſequitur urbs *Ferah*, & deinde *Herat*, quam ſupra in recenſione urbium provinciæ Perſidis *Khoraſan* retulimus. Duæ itaque extra Indiam ducunt viæ: una, quam hic deſcripſimus, ex India in *Perſidem*, cujus clavis eſt municipium *Kandahar*; altera ex India ad *Afghanos* in *Tatariam*, cujus clavis eſt Indica urbs *Kábul*, ſita ad pedem *Sindhukoh*, ſeu ut Perſæ ſcribunt, *Hindu-koh*, qui eſt *Caucaſus* Indicus verſus gr. lat. 34. & 36. m.; & gr. long. 4. & 42. m. O. a *Lahor* urbe Indiæ. Hac ultima via Alexander M. India egreſſus eſt, ultimam enim hanc urbem *Kabul* in reditu Alexandri ſatis diſtincte nominavit Plutarchus in *Alexandro*. Primam illam confecit *Tahmas Kuli-Khan*, ſeu *Nadir-Schah*, cujus comes erat *Abdoul-Kerym*, ex quo hæc excerpſimus. Tota hæc regio, quæ nunc Indiam a Perſide ſeparat, & quæ *Khoraſani* nomine venit, olim artibus, ſcientiis, & eximiis ædificiis exculta, atque prædita fuit, nam hodiedum in hac provincia multa viſuntur ædificiorum rudera, quæ ſatis indicant, hæc loca olim & habitata, & cultiſſima fuiſſe. *Depuis* Qandahár *juſqu'a* Hérát, *les villes & les villages ne ſont, pour la grande partie, que des monceaux de decombres; dans l'eſpace de ſix ou huit farſangs (de dix à douze lieues), vous en trouvez un ou deux en meilleur état que les autres.* Abdoul Kérym pag. 25. Meminerit Lector hanc provinciam *Khoraſan*, veterem eſſe *Ariam*, *Margianam*, & *Bactrianam* ſecundum *Golium* in notis ad *Alfraganum* pag. 50. In hac *Bactriana* collocat Clemens Alex. *Strom. lib.* 1., Cyrillus *lib.* 4. *cont. Julianum*, & Euſebius *Præp. Evang. lib.* 6. pag. 275. philoſophos Indicos *Samanæos* & *Brahmanes*. *Apud Indos & Bactrianos*, inquit Euſebius, *multa ſunt eorum millia, quos* Brahmanas *vocant; ii ab omni cæde abſtinent* &c. In *Aria* alios Indicos philoſophos *Samanæos* dictos ſiſtit Strabo *lib.* 15., & Moſes Choren. *in Geographia* pag. 365. *Adiit Democritus Babylonem, Perſidem, Ægyptum, Magorum, & Sacerdotum ſe prabens diſcipulum. Zoroaſtrum autem* (non *Aſſyrium*, ut vult Langlès) *Magum Perſam Pythagoras oſtendit*. Clem. Alex. *Strom. lib.* 1. pag. 357. *Zoroaſtrum* hunc in *Bactriana* Perſidis provincia collocat etiam Juſtinus *lib.* 1. p. 2., ubi eum *artes magicas inveniſſe, & mundi principia ſiderumque motus in Bactriana diligentiſſime ſpectaſſe* ſcribit. MIlle urbibus hanc provinciam præditam fuiſſe prodidit Plinius, qui pariter Zoroaſtrum *Perſam* fuiſſe docet, atque *vicies centum millia verſuum* ab eo condita fuiſſe refert lib. 3. cap. 1. Confer *Vie de Zoroaſtre*, Zend-Aveſta, tom. II. pag. 52. edit. gall.

Hac igitur via, quam deſcripſimus, *Zendica* & *Samſcrdamica*

Digitized by Google

mica linguæ affinitas nata eſt, quam Herodoti ævo jam exſtitiſſe infra luculenter demonſtrabimus. Summa inter Indicos Philoſophos & Perſicos Magos vicinitas & communicatio veteris Perſidis & Indiæ ſacrum idioma coaleſcere fecit, ita ut veteres *Zendici* libri in Perſide lingua *Zendica*, quæ Samſcrdamicæ filia eſt, *Indici* vero libri lingua *Samſcrdamica* conſcriberentur.

§. II.

LINGUÆ ZENDICÆ ET SAMSCRDAMICÆ NOTIO.

Linguæ gentium ſuper omnium monumentorum ætatem aſſurgunt, & earum cognitio atque affinitas plurimum prodeſt ad gentium origines detegendas. Sed hujus cognitionis uſus ſobrius & moderatus eſſe debet, & ſolum tunc valet, cum ratio, auctoritas, & monumenta eidem adſtipulantur. Quis neſcit multa utilia protuliſſe Cluverium, Petavium, duos Scaligeros, Marshamum, Caſaubonum, Voſſium, Salmaſium, Grotium, Pontanum, & alios? Sed hi viri linguarum cognitione, ratione, veterum auctoritate & monumentis decertabant. Quis vero ignorat fabulas Matthæi Prætorii, Van der Hardtii, Elingii, Erici, Neandri, Wakil, Goropii & Pezronii, qui linguarum cognitione miro modo abuſi ſunt, & abſque ratione, auctoritate, ac monumentis ſciolis fucum facere, & inſanis opinionibus orbi illudere adlaborabant. Vide *Scheidii* præfationem ad J. G. *Eccardi* librum *de Origine Germanorum*, Goettingæ an. 1750. editum.

Linguæ Zendicæ cum Samſcrdamica affinitas ratione, auctoritate, & ex utriuſque idiomatis collatione eluceſcit, neque monumentis deſtituitur, ſi aliquid valent explicationes veterum inſcriptionum Perſicarum, quas protulit Sylveſter de Sacy (4), in quibus plura nomina Zendica leguntur, quæ certam cum Samſcrdamicis affinitatem habent. Hujus Zendicæ linguæ uſum ſub primis Perſicæ monarchiæ regibus viguiſſe, atque in *Iran*, in *Aderbedjan*, ubi Brahmanes Indos & Perſas Magos §. antecedenti olim

(4) Sylveſter de Sacy, *Mémoires ſur diverſes antiquités de la Perſe, & ſur les médailles des rois de la dynaſtie des Saſſanydes*, Paris 1793. in 4°.

Digitized by Google

conveniſſe conjectavimus, ceteraſque ad mare *Caſpium* ſitas Perſidis provincias excurriſſe arbitratur Anquetil du Perron (5). Cum hodierna lingua Georgiana Zendicum idioma aliquam affinitatem habere, & nominum declinationem eodem fere modo procedere, idem prodidit auctor, locisque ſupra a nobis citatis unum utriuſque linguæ nomen declinat, ut hoc exemplo id quod aſſeruerat, facilius evincat.

Ut declinationum affinitas inter linguam Georgianam & Samſcrdamicam, ſi quæ eſt, elucescat, nomen unum *Georgianum*, alterum *Samſcrdamicum* declinabo. Primam declinationem eruditus vir D. *Alter* mecum communicavit, alteram ex Grammatica Samſcrdamica, *Sidharúbam* dicta, deſcribo.

Georgiana.

Nom. Meppe, rex.
Gen. Meppeſa, regis.
Dat. Meppeſa, regi.
Acc. Meppe, regem.
Voc. Meppèo, o rex.
Abl. Meppeſican, a rege.

Pluralis.

Nom. Meppeni, reges.
Gen. Meppita, regum.
Dat. Meppita, regibus.
Acc. Meppeni, reges.
Voc. Meppeno, o reges.
Abl. Meppitagan, a regibus.

Samſcrdmica.

Nom. Ràgia ſeu ràdja, rex.
Voc. Hè ragien, o rex.
Acc. Ràgianam, regem.
Abl. 1. Ràgna ſeu radjna, per regem, cum rege, a rege.
Dat. 1. *cui*. Ràgne ſeu ràdjne, regi.
Abl. 2. Radjna ex rege, præ rege.
Gen. & Dat. Ràdja, regis, regi.

Abl.

(5) *Zend-Aveſta*, edit. Paris, tom. II. pag. 424. *Préface ſur les vocabulaires des anciennes langues de la Perſe*. Item, *Mem. de l' Acad. de belles lettres*, tom. XXXI. p. 339. 442.

Abl. 3. Ràdji ſeu ràgi, in rege.

Dualis.

Nom. Ràdjano, reges.
Voc. He Ràdjano, o reges.
Acc. Ràdjano, reges.
Abl. 1. Ràdjàbhyam, per reges, cum regibus, a regibus.
Dat. 1. Ràdjabhyam, regibus.
Abl. 2. Ràdjabhyam, ex regibus, præ regibus.
Gen. & Dat. Ràdjno, regum, regibus.
Abl. 3. Ràdjani, in regibus.

Pluralis.

Nom. Ràdjana, reges.
Voc. He Ràdjana, o reges.
Acc. Ràdjna, reges.
Abl. 1. Ràdjabhi, per reges, cum regibus, a regibus.
Dat. 1. Ràdjabhya, regibus.
Abl. 2. Ràdjabhya, ex regibus, præ regibus.
Gen. & Dat. Ràdjnàm, regum, regibus.
Abl. 3. Ràdjaſu, in regibus.

In hoc nomine nulla fere affinitas, in aliis genitivus & dativus cum genitivo & dativo Georgiano ſatis conſentiunt.

Verum cui bono iſthæc? An ignoravit Anquetil *Georgiam* olim Perſidis provinciam fuiſſe ut hodie eſt? Quemadmodum enim Medi Perſis imperarunt, ita teſte Herodoto, etiam Perſæ Mediæ dominati ſunt (6). Lingua itaque Zendica in hodierno Georgiano ſermone ſuæ Perſicæ vetuſtatis indicia præ ſe ferre poteſt, ſive Perſidis ſive Mediæ fuerit olim illa provincia, quam hodie *Georgiam* nuncupamus. At vero in ipſa Perſide uſus linguæ Zendicæ & Pehlvicæ jamdudum exolevit, & utraque in ſolis iilis libris hodie exſtat, qui vulgo *Zoroaſtro* adſcribuntur. Hæc res non parum pugnat pro Zoroaſtri Perſica origine, quam ei ſupra attribuimus: licet enim hodierni Zoroaſtrici libri quales exſtant, Perſico illi *Zoroaſtro* adſcribi non poſſint, at-

(6) Herodotus lib. 1. c. 150. Sublato *Aſtyage* Medorum rege ultimo a Medis ad Perſas poſt annos 317. dominatus tranſiit ineunte Olympiade 55., ut Antiquorum Scriptorum omnium conſenſus habet. Eſt is Periodi Jul. annus 4155., ante Chriſtum 559. *Perſæ*, ait Plato dialogo III. de Legibus, *quando* Cyri *tempore ſervitutis libertatiſque mediocritatem magis habebant, primum ipſi liber fuerunt, deinde multos alios ſubjecerunt.*

Digitized by Google

attamen Zendicæ, id eſt, veteris Perſicæ, & Samſcrdamicæ ſeu Indicæ linguæ commixtionem, ac Magorum Brahmanorumque doctrinæ confuſionem tam luculenter referunt, ut nonniſi Perſicæ aut Indicæ origini adſcribi poſſint. Rebus rite penſitatis Zoroaſtri patria *Bactriana* eſſe videtur, quam eidem attribunt veteres ſcriptores a nobis jam ſupra laudati (7). Linguæ Zendicæ uſui ſucceſſit lingua *Parſi* dicta, qua hodie utuntur *Parſi* Zoroaſtricæ religionis cultores, qui circa annum Chriſti *631.* everſo veteri Perſidis imperio a Mahumedanis pulſi in Indiam delapſi ſunt, ubi hodiedum degunt.

Non obſtat affinitati harum duarum linguarum exigua illa diſcordia, qua fit, ut teſte Anguetilio lingua Zendica a dextra ad ſiniſtram, Brahmanica vero a ſiniſtra ad dextram ſcribatur. Quis enim Anquetilio dixit, hunc morem etiam antiquitus obtinuiſſe? Quis non credat, linguam Zendicam more Arabum a dextra ad ſiniſtram ſcribi cœpiſſe, quando ingruente Arabum turba Perſis occupata, & vetus Zendica lingua ex Perſide expulſa fuit? Duas certe linguas in vetuſtis Perſidis monumentis detexit *Sylveſter de Sacy*, unam quæ a dextra ad ſiniſtram, altera vero quæ a ſiniſtra ad dextram procedit. Perſpecta Anquetilii ſententia, opinionem Clari viri *Guillelmi Jones* inſpiciamus.

Præclarus, ſed audax iſte ſcriptor tomo II. Diſquiſitionum Aſiaticarum Academiæ Calcutanæ arbitratur, duas tantum antiquiſſimis illis temporibus in Perſide linguas matres obtinuiſſe, nempe *Chaldaicam*, ex qua nata ſit lingua *Pehlvi* ſeu *Pahlavi*, & *Samſcrdamicam*, ex qua orta ſit lingua *Zendica*, lingua *Parſi*, & variæ dialecti Indicæ (8). Cum enim is accuratius linguam *Zend*, *Parſi*, *Pehlvi*, & *Samſcrit* inter ſe contuliſſet, comperit idioma *Zendicum* & *Parſicum* vocabulis *Samſcrdamicis* refertiſſimum eſſe, eaque vocabula non ad luxum, non ad artes, non ad exotica animalia ſigni-

(7) Zoroaſtrem ſeu Zerathusht *Bactrianum* fuiſſe prodidit etiam Amian. Marcellinus *lib.* 23. & Agathias *lib.* 2. de *Zoroaſtre* inquit: *Nam Perſæ ipſi noſtri temporis Hyſtaspis* (Gushtasp) *temporibus eum* (Zoroaſtrem) *floruiſſe tradunt*. Vide etiam Clementem Alex. *Strom. lib. 6.* pag. 761. edit. Venetæ.

(8) Videſis *Aſiatick Reſearches*, tom. II. pag. 54. „ *From all theſe facts it is neceſſary conſequence, that the oldeſt diſcoverable languages of* Perſia *were* Chaldaick *and* Samſcrit; *and that, when they had ceaſed to be vernacular, the* Páhlavi *and* Zend *were deduced from them reſpectively, and the* Parſi *either from the* Zend, *or immediatly from the dialect of the Brahmans*. Confer etiam §. III. *The ſixth diſcourſe on the Perſians*, pag. 43-55.

gnificanda referri, ſed elementorum, corporis partium, religioſi cultus, animi affectionum, aliarumque rerum naturalium nomina eſſe, quæ lingua *Zendica* ex idiomate *Samſcrdamico* hauſta & derivata in ſe complectatur. Et profecto ita eſt. Non ex longinquis regionibus tot & tanta Samſcrdamica vocabula in ſermonem Zendicum irrepſerunt, ſed ex medulla Samſcrdamicæ linguæ, in qua radices fere omnium Zendicorum nominum, verborumque reperiuntur. Hæc itaquæ aſſertio deſtruit ſententiam Anquetilii du Perron; nam hic linguam *Zendicam* matrem eſſe putat, atque ex ea idioma *Pehlvi* & *Parſi* deducit, Jones vero *Samſcrdamicam* Brahmanum linguam, *Chaldaica* coævam, *Zendica* & *Perſica* matricem eſſe docet, & *Pehlvicam* inter filias linguæ *Chaldaica* collocat. In hanc ſententiam proclivis fuiſſe videtur vir haud mediocri eruditione & mentis acumine præditus D. Kleuker, qui dum Anquetilii du Perron & D. Guillelmi Jones diſcordes opiniones examinat & dilucidat, ipſe progeniem *Zend* ex *Samſcrit*, & originem linguæ *Pehlvica* ex *Chaldaica* ſatis aperte docere videtur (9). Pace horum virorum mihi dicere liceat, *Pehlvicam* linguam nec ex una *Zendica*, neque ex ſola *Chaldaica* ortam eſſe, ſed ex *Zendica* & *Chaldaica* coaluiſſe; cum vix unum nomen complectatur, cujus radix ex *Chaldaica* aut *Zendica* lingua derivari non poſſit. *Chaldæa* ad occaſum veteris *Perſidis* ſita erat. Quid mirum ſi ejus accolæ Perſæ idioma aliquod uſurparent, quod ex veteri lingua *Perſica*, id eſt, *Zendica*, & *Chaldaica* coaluiſſet? Quocirca purior eſſe debuit lingua Zendica eorum Perſidis incolarum, qui ad ortum habitabant, ubi haud obſcure patria & natale ſolum linguæ Samſcrdamicæ ſtatui poſſet, quam illorum Perſarum, qui *Chaldææ* & *Babyloni* vicini erant, ubi certe omnium prima regnabat *Hebraica* lingua, & poſtea ejus filia *Chaldaica*. Confer Seldenum *De Diis Syris*, Prolog. cap. 2. p. 10. 24. edit. Lips. Lingua *Pehlvica* ante Muhamedanorum invaſionem ſub *Saſſanidis* ultimæ dynaſtiæ Perſicæ regibus in veteri Perſide adhuc vigebat; & quamvis nec *Zendicæ*, nec *Chaldaicæ* linguæ declinationes conjugationesque ſequatur, propius tamen accedit ad idioma Chaldaicum, ut cuivis, qui librum *Bun-dehehſch* diligenter inſpexerit, patebit. At contra lingua *Zendica* multis vocalibus, & ſignis

(9) Kleuker, *Abhandlungen über die Geſchichte und Alterthümer* &c. II. Band, Riga 1795. pag. 100-112.

ſignis vocalium gaudet ut Samſcrdamica, & quamvis illa nomina more *Samſcrdamicæ* non declinet, in verbis tamen *Samſcrdamicam* terminationem adhuc retinet.

Lingua *Samſcrit* ſeu *Samſcrdamica* ea eſt, qua Brahmanes Indi in liturgia, in orationibus & ſcientiis tradendis, ac ſacrificiis perficiendis hodiedum utuntur. Quapropter *lingua Sapientum* dicitur, *a lingua dos Sabios*, ait P. I. E. Hanxleden in ſuo Dictionario *Granthamico-Malabarico* ſub voce *Samſcrda*. Habet hæc lingua quinquaginta duo elementa ſeu literas, quibus nomina ſcribit, tot fere declinationes quot elementa, ſeu tot declinationum paradigmata, quot ſunt nominum terminationes; numerum ſingularem, dualem & pluralem; genus maſculinum, femininum & neutrum; nomina adjectiva, poſſeſſiva, relativa, adverbia, interjectiones; non tamen præpoſitiones, quia hæ jam in ipſa caſuum inflexione comprehenduntur. In verbis mira concinnitas. Conjugationes incipiunt a tertia perſona, tranſeunt ad ſecundam, & demum ad primam ſingularis, dualis & pluralis numeri. Habet tempus præſens, præteritum, & futurum; modos indicativum, imperativum, optativum, conjunctivum, infinitivum, ſupina, gerundia, participia. Græcæ potius quam Latinæ linguæ indoli accedit. Locupletiſſima eſt nominum, non ita verborum; carminibus maxime idonea; ſuavis, vocalibus refertiſſima, ſententiis etiam philoſophicis breviter & nervoſe exprimendis peraccommoda.

Hujus linguæ Grammaticam ego edidi Romæ (10) anno 1790., primam autem ſectionem Dictionarii Brahmanici, *Amaraſinha* inſcripti anno 1798. (11). De dialectis quæ ex lingua Samſcrdamica deſcendunt, non pauca protuli in meo Itinerario ad Indos (12), quod in linguam Germanicam converſum, ſed mutilum, ſed depravatum etiam edidit J. Reinholdus Forſter (13). Ex his itaque libris

---

(10) *Sidharúbam, ſeu Grammatica Samſcrdamica*, Romæ 1790 ex typographia S. Congr. de Prop. Fide.

(11) *Amaraſinha, Sectio I. de Cælo ex tribus ineditis codicibus Indicis manuſcriptis*, Romæ apud Antonium Fulgonium.

(12) *Viaggio alle Indie Orientali, umiliato alla Santità di N. S. Papa Pio Seſto*, Roma 1796. cap. VI, part. II. pag. 258. *Lingue degl' Indiani*.

(13) *Des Fra Paolino da San Bartolomeo Reiſe nach Oſtindien, aus dem Franzoeſiſchen, mit Anmerkungen, von Johann Reinhold Forſter*. Berlin 1798. En in ipſa fronte hujus libri inſigne mendacium. Autographum lingua *Italica*, non autem *Gallica* eſt exaratum.

Digitized by Google

bris Lector uberiorem notitiam hujus Samſcrdamicæ linguæ haurire poterit, nec opus eſt, ut eadem inutiliter repetamus. Numerat hæc lingua in India decem dialectos, hodiedum vigentes, nempe *Malabaricam* a regno *Canara* uſque ad promontorium *Cumari*, quod alii falſo *Comorinum* ſcribunt, ſeſe extendentem. *Tamulicam*, quæ in regno *Marava*, in ora vulgo *Peſcaria* dicta, ad ortum promontorii *Cumari*, in regno *Tanjaur*, *Maiſſur*, *Madure*, & *Concam* uſurpatur. Ea ipſa per totam *Tſcholemandala* regionem, quæ vulgo ora *Coromandel* nuncupatur, excurrit. Quamvis hæc *Tamulica* lingua eaſdem radices habeat cum *Malabarica*, in idiomate nempe ſacro, quod *Samſcrdamicum* eſt, fundatas, attamen diverſa eſt, ut v. g. Luſitana & Hiſpanica, quæ certe diverſæ linguæ ſunt, quamvis ab una matre latina deſcendant. Quocirca falſo *Ziegenbalgius* Tamulicam linguam cum Malabarica confundit, quæ certe litteris ſeu elementis, declinationibus nominum, verbis & pronuntiatione ab illa diſtincta eſt. Sequitur *Canarina*, *Maráshtica*, *Talenganica*, *Bengalina*, *Nagarica*, *Guzaratica*, *Mughulitana*, ſeu ea quæ ad urbem *Agram*, hodie *Acbarabad* dictam, in uſu eſt. *Nepalenſis*, quæ in regno *Nepal* viget. Extra Indiam, in inſula *Salica*, Indis *Sinhaladib*, nobis *Ceylon*, floret *Sinhalaa*, pariter *Samſcrdamica* dialectus, de qua confer Relandi diſſertationem *de linguis inſularum quarundam Orientalium*, part. III. §. III. *de lingua Singalaa*; ubi etiam hujus linguæ alphabetum exhibet, quod apprime cum alphabeto *Granthamico ſeu Samſcrdamico* convenit. Lingua Peguana *Pali* dicta, qua *Talapoini* Peguani in ſacris utuntur, pariter Samſcrdamicam originem agnoſcit. De ea videſis *Alphabetum Barmanorum Peguenſium*, Romæ 1787. editum, pag. 14., ubi palam & aperte aſſeritur, idioma ſacrum Peguenſium ex inſula *Candi*, id eſt, *Ceylon* a Brahmane *Bondagòſa* (ſcribe *Budhagòſami*) ad Peguanas oras invectum fuiſſe. Addere liceat, multa *Samſcrdamica* vocabula jam antiquitus in inſulam *Sumatra* irrepſiſſe, quod luculenter demonſtrari poſſet ex codice Batavico manuſcripto, cujus poſſeſſor eſt D. G. Binz bibliopola (14). In eo regis *Minancabo* titulus his verbis exprimitur: *Sourovaſſa door Iang Dipertuang*, *Siri Sultan*, *Indraſa Radja Schah*. Res certa & explorata eſt, in hoc titulo vocabula *Samſcrdamica* cum *Perſicis* permixta eſſe, nam

(14) *Beſchribing Van* Sumatras *Weſt Kiiſt met een Korte Verdeeling Van het Zyland* Sumatra. *Cod. mſſ.* in fol. Vindobonæ.

Digitized by Google

Soruba, a quo *Souroſſa* promanavit, vox eſt Samſcrdamica, ut *Shri*, *Indra*, *Radja*. Prima & ultima *regem* ſignificat, *Shri* autem beatum, celebrem, potentem; *Indra* nomen eſt Indici dei *Indra* ſeu Devendra. *Sultan* & *Schah* Perſica ſunt, reliqua mihi incerta. Innumera ſunt alia hujus inſulæ fontium, fluminum, urbium, & regum Samſcrdamica nomina, quæ linguæ imperitus ſcriptor profert, & quæ certiores nos reddunt, ante Arabum invaſionem in inſulam *Sumatra* aliquam linguæ Samſcrdamicæ dialectum ibi viguiſſe, cujus λείψανα cenſeri debent illa Indica vocabula, quæ hic ſcriptor, & alia quæ D. *Marſden* profert in libro *Hiſtory of Sumatra* inſcripto. Quid ipſum nomen *Sumatra*? Ni fallor, corruptio eſt Samſcrdamici vocabuli *Samudra*, mare. Ita ut nomen illud indicare velit *inſulam in mari*. Quidquid ſit, res tamen certa eſt & indubitata, linguam Samſcrdamicam plurima antiquitatis ſecula numerare. Quo enim pacto tantæ ejus dialecti exſtiterunt? An omnes uno die natæ ſunt, an pluribus annis, an ſeculis? An ab Aſſyria per Perſidem, Indiam, & has inſulas uno anno tantæ gentes diſperſæ ſunt, moribus, ritibus, opinionibus diverſæ, unius tamen matris linguæ vinculo colligatæ? Profecto harum linguarum affinitas jam evidenter probat pro linguæ Samſcrdamicæ antiquitate, quamvis nulla alia nobis argumenta ſuppeterent. Sed jam opus aggrediamur. Veteris linguæ Perſicæ, id eſt, *Zendicæ* & *Pehlvicæ* exiguum Dictionarium nobis præbuit Anquetil du Perron tom. II. pag. 433. in *Zend-Aveſta*; & ex hoc uno opuſculo nobis *Zendicæ* linguæ indolem, affinitatemque cum Samſcrdamica dijudicare licet. At vero nulla nos cogit neceſſitas, ut ordinem vocabulorum ab Anquetilio relatorum ſequamur, quin immo aperta, perſpicua, & indubia utriuſque linguæ nomina primo recenſebimus, deinde ea, quæ magis abſtruſa & devia ſunt, conferemus, ut Lector pedetentim utriuſque idiomatis affinitatem perſpiciat, & ex iis aliquod judicium ſententiamque ipſemet ferre poſſit (15).

§. III.

(15) De Zendicæ linguæ cum Samſcrdamica cognatione, a D. Jones tam liberaliter aſſerta, pluribus eruditis viris dubium ſubortum eſt. Hinc Romæ multos ſciendi cupido inceſſit, an tuta ſit D. Jones ſententia, præſertim cum nulla ſuæ aſſertionis produxiſſet documenta. Hinc etiam epiſtola D. Joannis Walker anno 1792. ad ampliſſimum & doctiſſimum Cardinalem Stephanum Borgia ex Anglia ſcripta, in qua quærit, an ego ejuſdem ſim ſententiæ, cujus erat D. Jones, qui Zendicum idioma Samſcrdamicæ linguæ *Bháſham*, id eſt, *dialectum* eſſe affirmaverat. *Non ſo, ſe il P. Paolino e del parere del Cavalier Jones, che la lingua*

Zend

Digitized by Google

Zend è un dialetto del Samſcrit. Quod D. *Pallas* de linguis congeſſit hoc confuſioni Babylonicæ haud eſt abſimile. *Malabarica* vocabula fere omnia ſunt aut falſa, aut corrupta & depravata. *Samſcrdamica* nomina habet perpauca, & ex iis aliqua corrupta, ita ut ex iis nulla Zendicæ linguæ cum Samſcrdamica collatio inſtitui poſſit. Quocirca caſtigationes & correctiones addere oportuit etiam ad opuſculum cl. viri D. Alter, *Ueber die Samskrdamiſche oder Granthamiſche, eigentlich gelehrte Sprache der Indier, verglichen mit Indiſchen Vulgardialekten*, inſcriptum.

Digitized by Google

544.

§. III.

LINGUÆ ZENDICÆ ET SAMSCRDAMICÆ AFFINITAS.

VOCABULA

SAMSCRDAMICA.	ZENDICA.	LATINA.
Pidr, *pida*, genaga, táda.	*Fédre*. Pehlvice *Abider*. Perſice *Peder*, *pedar*. پدر	*Pater*.
Mádr, *máda*, genaguí, ambá.	*Mátí*. Pehl. *Amider*. Perſ. *Mader*. مادر	*Mater*, genitrix.
Dubida, putrí, ſudá, tanáyá.	*Dochter*, *dogdí*.	Filia.
Putra, ſuda, súnu, átmagia, tanáya.	*Pothre*, *putré*.	Filius.
Bhráder, ſahòdara, géshda, agragia, bhagana.	Pehl. *Berur*. Curdice & Perſ. *Brader*, *Bra*, *Burider*.	*Frater*.
Bhaganí, sáva, *ſabòdari*.	*Khengé*, a Samſcrdamico *Kanjaga*, puella, virgo.	*Soror*.
Kshetria, *Kshetrian*, radja, nrba, párthava, bhupála.	*Khſcetro*, *khſcetran*.	Rex.
Padi, adhipadi, ſénápadi, ſenáni.	*Peted*, Peteſch. Pehl. *Pad*.	Dux exercitus.
Nà, nara, *vil*, pumán.	*Na*.	*Vir*.
Nará.	*Nerí*.	Duo viri.
Nari, ſtrí, yoſza, vadhu, *váma*.	*Náerí*: Pehl. *Naerik*.	*Femina*.
Nárí, ſtriya, vámá.	*Náerekenan*.	Plures feminæ.
Given, déhi, *givi*, prána.	*Gueïe*.	Anima, vita.
Préma (amor).	*Frém*.	Amicus.
Stri, nàri, yòſza.	*Strim*, *ſtree*:	Femina.
Máda, praſu, genaní.	*Madïeh*. Pehl. *Madeh*.	*Mater*.

Mar-

Samſcrdamica.	Zendica.	Latina.
Martja, manusha, manudja, puruſza.	*Merete.* Pehl. *Mard.*	Vir, homo.
Mrda, *mrdja*.	*Mrete.* Pehl. *Murdeh* (16).	*Mortalis.*
Mandra, gnir, ukti. vatſchana, vathchaſſa.	*Manthré* (17).	Verbum ſecretum, oratio ſecreta.
Madya, vinum; *madyapánam*, potatio vini.	*Medo.*	Vinum.
Maha, *ma* contractum,	*Maé*, *mâo.* Pehl. *Mah.*	Magnus adj.
Nábha, *nábhi*.	*Náſo.* Pehl. *Naf.*	Umbilicus.
Madjé.	*Meiao.* Pehl. *Miaved.*	In *medio.*
Má.	*Mâ.*	Non.
Mána, *padimána*.	*Meeté.* Pehl. *Pademane.*	Menſura.
Vrkſha, táru, páva, shákhi.	*Verekſché.*	Arbor.
Vaſtra, *vàſa*, carpadam.	*Vaſtré.*	*Veſtis*, indumentum.

Vis-

(16) Animadvertat Lector greſſum dialecti Zendicæ, quo a Samſcrdamico idiomate diſcedit & diſcrepat. In voce *Pidr* mutat literam *P* in *F*, qua litera caret hodiedum puriſſima lingua Samſcrdamica, quæ nullum unquam in vetuſtis ſuis libris exhibet elementum *F*. Eſt ergo *Fédre* corruptio; ut *Peder* Pehlvicum mutavit *i* literam in *e*. In voce *Pothré* addit dialectus Zendica literam *h*, quam non patitur Samſcrdamicum *Putra* filius, *putri* filia, *putradhana* divitiæ filiorum, *putrártham* æs filiorum, & reliquæ radices, ex quibus derivat *pothré*.

In voce *Bhaganí* ſoror, Zendica dialectus ſubſtituit *Khengé*, quod oritur ex Samſcrdamico *Kanya*, *Kanyaga* virgo, puella; quæ ſignificatio abludit a vero etymo *Bhagani*, vel *Sahódara*, quod notat *ſororem*, ſeu feminam ex *uno utero* cum alia natam. *Udara* venter, *ſahodara*, *ſimul ex uno ventre nata*. In voce *Préma* amor, iterum literam *p* mutat in *f*, ſcribitque *Frém* amicus, loco *Préma* amor. In voce *Mrete* inutiliter apponit unum *e*. Radix eſt *mrtyu* mors, *mrda* mortalis, *amara* vel *amrdja* immortalis, *amrda* immortalitas, nectar ſeu ambroſia, pro qua diſputavere boni & mali genii. Vide *Syſtema Brahmanicum* pag. 284. Vocabulum *Khſcetro* & *Pothré* legitur in inſcriptionibus Perſicis a clariſſimo de Sacy illuſtratis, quas videſis in lib. cit.

(17) Radix eſt verbum *mandrade*, Malabarice *mandricunu* in ſecreto loqui, aliquem conſulere, legis penſum recitare. Inde *Mandra* verbum ſecretum, recitatio legis, conſilium; *mandraſhála* aula conſilii; *mandravishrava* auditio, exceptio conſilii, *mandri* vir a conſiliis. Itaque haud recte *manthré*, vel *mamre* apud Anquetilium & Alter generice pro quovis verbo ponitur.

SAMSCRDAMICA.	ZENDICA.	LATINA.
Viſhva, ſacala, ſarva, akhila.	*Viſpé*. Pehl. *Arveſpé*.	Omne, totum, univerſum.
Gobja, gudha, rahaſya.	*Gozra*.	Secretum, res occulta.
Gótra, shrudi, shravana, carna.	*Goſchté*. Pehl. *Goſch*.	Aures.
Gau, *gô*, *gava*, kála, bhadſa.	*Gueem*. Pehl. *Gaa*.	Bos, vacca.
Stótra, ſtudi, prashanſſa.	*Shtoeté*.	Laus.
Stana, Tſchútſchaga.	*Fſchtáne*. Pehl. *Peſtan*.	Mamma, pectus, ſinus.
Gueden.	*Guetéen*.	Veniens, qui venit.
Shrudi, *etſcha*, shabda.	*Sreneito*. Pehl. *Oshtah*.	Vox, ſonus, fama.
Grehnádi.	*Guerévuned* (18).	Accipit, apprehendit.
Snádi.	*Gndto*.	Lavat.
Karódi.	*Kereté*.	Facit, operatur.
Krſchi.	*Krſchté*.	Ager ſeminatus, fruges, ipſa Ceres.
Sútſchi.	*Sótſché*.	Obſervans, videns, inſpiciens.
Schéde.	*Scheete* (19).	Jacet, moratur.
Taram, nakshatra, bhamirksham, udhubá.	*Stáram*.	Stellæ, ſidera.

S ché-

(18) *Guerevuned* corruptio eſt verbi *grehnadi* ille apprehendit, vel comprehendit, Malabarice *grehicunu*, tuam *grehnáſi* tu comprehendis, accipis, audis, intelligis, *aham grehnami* ego comprehendo, audio, intelligo, *agrehnál* ille comprehendit &c., *agrihnida*, tu comprehendiſti &c., *agrſhnam* ego comprehendi &c., *grehnádu* comprehende &c. Ex his Lector jam perſpicit linguam Zendicam Samſcrdamicæ affinem eſſe non ſolum in nominibus, ſed etiam in verbis, in particulis, adverbiis, aliquibus caſibus, & numeris, ut infra lucidius patebit. Jure quis aſſerere poteſt, eam minus a *Samſcrdamica* diſcrepare, quam *Marárhticam*, *Malabaricam*, *Tamulicam*, quæ ſine omni dubio *Samſcrdamicæ* linguæ dialecti ſunt.

(19) *Schéde* jacet, *schéſe* jaces, *shéyé* jaceo, *shéyáde* illi duo jacent, *shéradé* illi plures jacent, *shéyáthé* vos duo jacetis, *shédhvé* vos plures jacetis, *shévahé* nos duo jacemus, *shémahé* nos plures jacemus. *Ashéda* ille jacuit, *shédám*, *shaÿda* jace, jaceas, *shaydá* jacebit, *adishayade* superincubatur, eſt paſſivum verbi *Schéde*.

Samscrdamica.	Zendica.	Latina.
Schévadhi , nikshéba , artham , dhanam .	*Schéeto* .	Theſaurus .
Shaurya , shakti , ſthéma , dhírada .	*Zâueré* .	Vis , valor , fortitudo .
Tvam .	*Thvanm* .	Tu .
Yûyam .	*Jûyem* .	Vos plures .
Mama .	*Manm* .	Mihi , mei , meus .
Tri , *treya* .	*Thré* .	*Tres* , *tria* .
Tridia .	*Thresim* .	Tertius .
Trimshadi .	*Threſtem* .	Triginta .
Ap , *appa* , vâri , ſalila , gelam , vaya , vá , arnna , nír .	*Apem* .	Aqua .
Naſti .	*Aſtí* . Pehl. *Naſt* .	Nihil , res non exiſtens , deſtructa , nulla .
Rôma , *am* , parum in uſu , *Tſchimbuga* , *shushru* .	*Ame*	Barba , pili .
Vakshyadi .	*Vakhſch* (20) .	Loquitur , dicit ,
Vâda , marul , anila , vâyu ; ſvâſa .	*Vâtem* .	Ventus .
Vâhana , rudhira , aſrkr , lóhida , aſra , rakta .	*Vôhone* .	Sanguis ; *vâhana* proprie *vehiculum* .
Vâka , *vâkyam* , bhâshana , ukti , guír .	*Vekio* , mantré , *oſchdém* a Samſcr . *Oſcha* vel *Oſchdam* .	Verbum , dictio , locutio .
Virya .	*Viro* . Pehl. *Virih* .	Vis , vita , robur .
Vâradi (várieunu Malab.)	*Veredé* .	Tollit , aufert .

Vidi

(20) *Vakshyadi* ille dicit , loquitur , *vakshyaſi* tu dicis , loqueris , *vakshyâmi* ego dico , loquor . *Vaktum* dicere , ad dicendum , dictum in ſupino , *uktvâ* dicto in participio præt. - *vivakshadi* ille vult dicere ; eſt verbum *volitivum* , ſeu magnum animi deſiderium & voluntatem exprimens , ut *dormiturio* a *dormio* .

545

SAMSCRDAMICA.	ZENDICA.	LATINA.
Védi, vidván, védabháraga.	*Viedem*.	Legem ſciens, Theologus.
Svéda, madhira.	*Viede*.	Dulcis, res grata.
Vakshyadi.	*Vetſche*, *vetſchao*.	Loquitur, dicit.
Sa.	*A*, ſeu *a*.	Ille.
Kama, kankſcha, ſprha, dóhala.	Eekene. Pehl. *Kámih*.	Deſiderium.
Angushta, pollex, *taggiarni* digit. index. *pradéshini* medius, *andmiga*, annularis, *kanishta* auricularis. Digiti in genere, *angulia*, *karalégha*.	Erezo. Pehl. *Angoſcht*. Apud D. Pallas, *Andpatman*. Vide D. Alter Collationes pag. 22.	Digitus pollex.
Hrdeyam.	*Erezeem*.	Cor, res cordis, conſcientia.
Ek, *éga*.	*Oim*. Pehl. *Jek*. Malab. *Ona*.	*Unus*.
Ughra, adhicrama, vicrama.	*Oghrem*.	Fortis, robuſtus, crudelis.
Arúbi.	*Orué*. Pehl. *Roban*. (21)	Anima, ſpiritus.
Udara, gedara, kukshi, pitſchanda, tunda.	*Orotvere*.	Venter.
Ukti, guir, váka, vaciaſſa, *uktam*.	*Okdem*.	Dictum, verbum, res dicta.
Shódhana, shodhi.	*Oſchta*.	Purus, mundus.
Atha.	*Ad*.	Nunc, *ſtatim*.
Panſu, dhùli, tſchurna.	*Panſenoſch*.	Pulvis.
Páda, pantha, *padavi*, márgga.	*Páte*.	Via, ſemita.
Pádam, *Pad*, angri.	*Pádé*.	Pes.

Pá-

(21) *Rúbam* imago, figura, *arúbi* res inviſibilis, ſine figura & forma; dicitur de Angelis, non autem de anima, quæ vocatur *gíven*, *pránen*, *atmáva*, *gívi*.

Samscrdamica.	Zendica.	Latina.
Pantha.	*Petho.*	Via.
Prírenam.	*Pírenem*. Pehl. *Poul.* Malab. *Pálam*, pons.	Pons, proprie conductor, lignum ducens.
Pidrumámſam.	*Petemom*.	Patris caro.
Pantſchangam.	*Penghetengom*, compoſitum ex *pantſcha*, & *anga*, pars, membrum, latus.	Quinque laterum, aut quinque partium res.
Pantshehéndria.	Pantſcheſeté.	Quinque ſenſus.
Pantſchadeshá.	*Pantſchedeſé.*	Quindecim.
Tadi.	*Edé.*	Si.
Adhuna.	*Edenam.*	Nunc.
Atha.	*Edad.*	*Statim* poſt; poſtea.
Aſti.	*Aſté* (22).	Eſt, ille eſt.
Aſthi.	*Aſtém.* Pehl. *Aſt* (23).	Os, oſſis.
Edhadé.	*Ezdedé.*	Creſcit, accipit augmentum.
Saſti, vel *ſa aſti*.	Aſtato.	Ille *eſt*.
Ashva, vidi, turanga, vági, háha, árva, ſapti.	*Aſpo*, *aspahé*.	Equus.
Aſchta.	*Aſchté.*	*Octo.*
Aſchtangam.	*Aſchtengom*	*Octo* laterum, partium res.
A'ga Malab.	*Eghé.*	Malus, malitioſus.
Ugra, adhicrama.	*Egré.*	Vis, valor, crudelitas.

d *Ama-*

(22) *Aſti* eſt, *ſta* duo ſunt, *ſandi* plures ſunt, *aſi* es; *ſthá* eſtis, *ſtha* eſtis; *aſmi* ſum, *aſva* ſumus ambo, *ſma* ſumus. *Aſel* fuit, *áſtám* fuerunt, *aſen* fuerunt. *Aſtu*, *ſtál* ſis, eſto. *Eda*, vel *áyda* erit. *San* qui eſt, *ſadi* quæ eſt, *ſal* quod eſt.

(23) *Aſthi* os, gen. *aſthna*, dat. *aſthna* & *aſthne*, acc. *aſthi*, voc. *hé aſthi*, abl. 1. *aſthná* oſſe ut cauſa, inſtrumento, ſocietate; abl. 2. *aſthna* ex oſſe, abl. 3. *aſthini* in oſſe. Paullo deflectit a communi declinatione deſinentium in *i*.

SAMSCRDAMICA.	ZENDICA.	LATINA.
Amara, *amaren*.	*Amerſchan*. Pehl. *Amargan*.	Immortalis.
Amâdje. *Amâdjen* regi a conſiliis.	*Amâté*.	Inſtruit, probat.
Ayammahâ.	*Ehmâe*.	Ille magnus.
Ugratama.	*Egreiotemo*.	Fortiſſimus, validiſſimus.
Shaushâ, Shudha.	*Eſchebé*.	Purus, mundus.
Agera, *ageren*.	*Ezerézo*. Phel. *Azerman*.	Non ſenex, a *gera* ſenectus.
Artha, dhana.	*Erethebé*.	Significatio, explicatio; item opes.
Vâri, nír, Vrshdi Vrshâm, dhârâ.	*Avaré*.	Aqua, pluvia.
Hara Mâdéva.	*Ehoro Mesdao* (24).	*Ormuzd*, primus genius, ſeu *magnus Deus*.

Râk-

(24) Vide de *Ormuzd* vocis etymologia Muſei Borgiani Codices manuſcriptos Indicos Romæ editos 1793., pag. 193. Hunc locum (auf das mildeſte Zu reden) viſioni proximum eſſe ſententia peremptoria & immutabili edixit magnus vir, cenſor *Goettingenſis*, (*Goettingiſche Azeigen Von Gelehrten Sachen* 1796. Jul - Oct.) *Auf das mildeſte Zu reden*, polliceor mihi non poſſe impugnare hujus *bardi* palpabilem ignorantiam, quia excepto *barritu* nihil ad improbandas illas etymologias affert. *Oruma* ſamſcrdamice eſt unio, amicitia, concordia, *Arima* eſt diſunio, inimicitia, diſcordia; inde Perſis & Græcis qui Samſcrdamica vocabula fere omnia corruperunt, quod ex hactenus recenſitis patet, *Ormuzd*, *Hormuſd*, *Hormiſdas*, *Oromaſdes*, *Oromazon* audit, ut ex Plutarcho *de Iſide*, Ariſtotele apud Diog. Laertium *proœmio* num. VI, Thoma Hyde, *cap.* 35. pag. 437., & Anquetilio tom. I. p. 2. pag. 82, palam & aperte liquet. Ex *Arima* factum *Aharima*, *Arimanius*, *ahriman*. Quemadmodum autem Romanis & Indis concordiæ & diſcordiæ præſides deæ ſunt feminæ, nempe *Saraſvadi* & *Mûdévi*, ita concordiæ & diſcordiæ præſides genii duo principes ſunt apud Perſas dii mares, nempe *Ormuzd*, & *Ariman*; vocabulis his Samſcrdamicis a Zendica lingua indita terminatione maſculina, quæ in Samſcrdamico idiomate neutra eſt. His duobus concordiæ & diſcordiæ diis ſeu geniis, reliquos genios omnes ſua poteſtate & dignitate ſuperantibus, a *Zoroaſtro*, aut quovis alio attributa fuit gubernatio mundi, ita ut primo illi lux, amicitia, potentia, bonitas, mundi concinnitas & harmonia, omnia denique naturæ dona, quæ ex naturæ, elementorumque concordia naſcuntur, aſcriberentur: alteri vero diſcordiæ deo omne malum viſibile attribueretur. Hic diſcor-

diæ

Digitized by Google

SAMSCRDAMICA.	ZENDICA.	LATINA.
Rakſchaſa	*Rakſche*) d'Herbelot ſub voce *Giavidan khird*, & *Hemaioun Namè*.	Mali genii.
Máhéshvara.	*Mahiſer*) d'Herbelot ibidem.	Magnus dominus, nomen dei *Schiva*.
(31) Videſis Præfat. ad *Amaraſinha*, *ſect. I. de Cælo*, Romæ 1798.

ritorium; ſic *Pashur*, *Pálur*, *Mangalur*, *Tſchittur*, *Párur*, *Carur*, *Naur*; quæ etiam apud *Ptolomæum* reperies, & hinc Samſcrdamicæ linguæ dominium, antiquitatem, atque extenſionem dijudicabis. *Ecbatanis* junior *Tobias*, durante captivitate Judæorum, *Saram* in uxorem ſibi deſpondiſſe videtur, poſtquam ex Aſſyriæ urbe *Ninive* illuc ab Angelo conductus fuit.

IV. Acinaces. Ἀκινάκης. Herodotus lib. VII. cap. 54. tradit: Perſas gladium *Acinacem* vocare. Hoc nomen utique eſt Samſcrdamicum *Acilaca* gladius, litera *c*. ab Herodoto in *n*. mutata. In celeberrimo poemate Indico *Yudhishtira* inſcripto cap. 4. dicit Argiuna: *Mama acilacam pashya, tſchábadhara yáſyáma, ſvaribún harva dharáya ishvara ſyáma*. Meumenſem reſpiciamus, arcum & ſagittas portantes progrediamur, hoſtibus occiſis regionis domini ſimus. *Acilaca* itaque Gladius eſt, ut *Aci*, *tſchandrahâſa*, *niſringa*, *gadga*, *ishti*, *karavála*, *mandaldgra*, quæ omnia *enſem* ſignificant. Non placet *Bochartus*, qui hoc vocabulum *Hierozoici lib.* XI. *cap.* 8. ex Arabica voce *Chinsjar* derivat, & *ſiccam*, aut *cultrum* eſſe arbitratur. *Aci*, vel *acilaca* nec culter, nec haſta eſt, ſed gladius (32).

V. Sor. شر Sor hodie vinum eſt Perſis. Indis docente Amaraſinha *Sur* vel *Sura* pariter vinum notat. En vini nomina: *Sur*, *ſura*, *halipria*, *praſaná*, *irá*, *pariſrkr*, *kadambari*, *madira*, *cashya*, *madya*. Ex hoc ultimo vocabulo *madja* procedit Zendicum *medo*, & ex *Sur* Indico deſcendit hodiernum perſicum *Sor*, vinum. Eſt *Sur* vel *Sura* vinum ex palmarum liquore confectum; carent itaque Perſæ & Indi vero vini nomine, quod liquorem ex vite ſignificet. Ex vocabulo *Sur* vel *Sor* corruptum promanat *Soradius*, vini confector, quod Chares Mitylenæus apud *Athenæum lib. I. cap.* 24. affert, & Indicæ linguæ attribuit. Vide Relandum pag. 230. *de Vet. lingua Indica*, cujus ille imperitus, plura Indica vocabula Perſis

(32) Componitur dictio *Acilaca* ex *aci* enſis, & *alaca* lamina enſis, gallice *la lame*, italice *la lama*, luſitanice *folha de eſpada*, unde *acilaga* enſis, gladius, ſeu *Schwerdt-Klinge*. *Tſchandrahâſa* ſeu *Ciandrahâſa* eſt gladius recurvus, *gadga* ſeu potius *ghadga* cum litera [illegible] *ch.* vel *gh.* initiali eſt gladius rectus ſeu framea, *karavál* eſt gladius minor manualis, a *Kara* manus, & *vál* gladius curvus. Et primi & ſecundi generis gladii viſuntur in monumentis Indicis & Perſepolitanis. Vide Tab. X. in *Syſtemate Brahmanico*.

ſis attribuit. Videtur legendum eſſe *Surâduna*, & tunc indice *vini confectorem* ſignificabit.

Juxta Euſtathium in Odyſſ. 11., Scholiaſtem Ariſtophanis & VI.
Heſychium *Achana* eſt menſuræ Perſicæ nomen. Ἀχάναι τρεῖς μὲν Achana.
Περσικὰ μέτρα. *Canna* Indis eſt virga, qua ligna, pannum & telam Ἀχάνη.
dimetiuntur, & hæc eadem Italis eſt *Canna*, Romæ octo palmos æquans. Relandus ex hac voce *domum*, *caniſtrum*, & *menſura farinacea* nomen protrudit. *Candil*, itidem menſura Indica, pondus eſt 500. librarum piperis, aut alterius rei: ſed alicubi variat. Vide de ponderibus & menſuris meum Itinerarium ad Indos, *cap. V.* pag. 51. & ſeq.

Nomen deæ perſicæ eſſe ſcribit Plutarchus in Artaxerxe, Stra- VII.
bo *lib.* 11., qui eam in *Armenia*, & *Cappadocia* quoque cultam Anaitis.
fuiſſe prodidit *lib.* 15. Meminit ejus etiam Plinius *lib.* 33., & Ἀναΐτις.
Agathias *lib.* 11. Diem feſtum huic deæ ſacrum a *Cyro* inſtitutum fuiſſe, aſſerit Seldenus *Synt.* II. pag. 345., ob victoriam in Scythas a *Cyro* relatam, eamdemque *Zaretem* quoque nuncupari, ac *Dianam* Perſicam eſſe autumat. Eſt *Anahid* Venus planeta apud Perſas, quod ex libro Perſico *Boun-Debeſch* tradit Anquetil in Coſmogonia Parſorum. Sed alia profecto eſt *Diana Perſica*, ea enim *Luna* cenſeri debet, numen Indis, Perſis, Saccis, & Arabibus ſacrum. Hæc dea Luna, ſub nomine *Parvadi*, id eſt, *dea montana*, ab Indis hodiedum culta, vocatur *umâ*, *amâ*, *gauri*, *shivâ*, *Câli*, *cartyani*. Nomen *Anahid* nec ſub Veneris planetæ, nec ſub hujus deæ indigitamentis elucefcit. Utramque ſub hoc nomine conciliare ſtudet Relandus: & ſi Dianam *Venerem* Uraniam dicat aſſentior, nam *Sarvamangala*, id eſt, *Venus* etiam ab *Amaraſinha* dicitur. At ſi *Venerem* planetam cum Luna ſeu *Diana* eamdem ſtatuit, aſſentiri haud poſſum. Vide *Amaraſinha* pag. 35. 36. 37.

Notiſſimum eſt hoc Perſicarum viarum menſuræ nomen. Hero- VIII.
dotus lib. 5., cap. 53. Perſicarum *Paraſangarum* meminit, & Strabo Paraſanga
Paraſangam 60. ſtadiis definit. Hodie inter eruditos non convenit Παρασάγ-
de menſura *Paraſanga*. Abdoul-Kérym, cui in hac re multum tri- γης.
buendum eſt, *Farſang*, quod corruptum eſt ex *Paraſanga*, exiſtimat eſſe ſpatium viæ, quod unius horæ itinere definitur. *L'heure & la* Farſang *ſe correſpondent parfaitement; car, ſuivant ces meſures, une heure aſtronomique eſt l'eſpace que peut parcourir un bon chameau chargé, pendant ſoixante minutes, & cet eſpace égale une* Farſang, *ou deux* Koſs *& demi de l'Hindouſtan*. Abdoul-Kérym pag. 128. 129. D. Franklin definit *Farſangam* quatuor leucis Anglicanis; Renell *Farſanga* Perſicæ tribuit quinque leucas Anglicas;

leu-

Digitized by Google

leucæ autem Indicæ, *Káſa* dictæ, a quo procedit corruptum *Koſs*, is idem dat duas leucas Anglicas. D. d'Anville leucam Indicam *Káſa* (*Koſs* Europæis) definit tribus quadrantibus leucæ Gallicæ. Quæ omnia non ſatis conſentiunt cum ſententia *Abdoul-Kerymi*. Concordat has opiniones *Langles* in notis ad *Abdoul-Kirym* pag. 18. 19. 137. & ſeq., ac ſtatuendum eſſe cenſet, *Paraſangam* ſeu *Farſang* definiri debere ſpatio unius horæ itineris. Hanc ſententiam, ut tutiorem, certioremque, amplectendam eſſe & ipſe cenſeo, quia *Abdoul-Kirym*, ut ipſemet teſtatur, horologio iter ſuum ſatis accurate dimetiebatur. Eſt igitur *Paraſanga* ſpatium, ſeu menſura viæ unius horæ, quod ſpatium olim apud Perſas, ut deinde apud Romanos jacto, aut erecto lapide definiebatur. Hic ordo, ſeu ſeries lapidum vocatur *Paraſanga*, a *párra* lapis, & *ſanga* ſeries, connexio, copula plurium rerum inter ſe connexarum. Hinc Samſcrdamicum *praſanga*, & *praſakti* connexio rerum, *aſangam* res inordinata, inconnexa, *ſanghidam* concentus, *ſtriſangam* copula, *ſanga* unio, ſocietas, ordo & ſeries rerum conjunctarum, conjunctio, *ſalſanga* bonorum virorum ſocietas, unio, frequentatio. Vide Dictionarium P. Hanxleden ſub voce *Sangam*, & Amaraſinha in *Sanghirnavargga* ſub voce *Cèrnada*. Quod vocabulum *Pára* attinet, ſignificat illud *ſaxum*, *lapidem*, *lapidem* planum. *Pára*, ait P. Hanxleden, *rocha*, *lagem*, *pedra*, item *Párá*, pedragal, id eſt, *ſaxetum*. Reperitur eadem dictio in lingua Zingarica, Samſcrdamicæ dialecto, *Bar*, *Bare*, in Bengalica *Paar*, & in Kurdica *Ber*, lapis, ein ſtein. Itaque *Páraſanga* eſt ſeries, ordo, conjunctio & connexio lapidum certis ſpatiis diſtincta. Strabo lib. 15. de Indis loquens ait: *Curant* (Indi) *etiam vias*, *& per dena ſtadia lapidem locant diverticula diſtantiaſque indicantem*. Hoc ipſum indicat *Paraſanga* apud veteres Perſas, quod eruitur ex citato Herodoti loco, quem fruſtra accuſant inepti cenſores, quaſi in iis quæ nobis tradidit, minus accuratus eſſet. Romani deo *Termino* ſeu *Mercurio* vias ſuas commoſtrabant, eidemque commendabant; Indi eas ſtatuis dei *Gannesha*, ſeu *Jani* communiunt, quem vulgo *Pulejar* nuncupant. Plures ſimiles ſtatuæ viſuntur in eleganti via, quæ ex urbe *Pudutſcheri* in urbem *Madras* ducit.

IX. Paraſangalóga. *Paraſangalóga* apud Perſas teſte Heſychio illi erant, qui internuntiorum officio in *Paraſangis* fungebatur, aut *Paraſangas* curabant. *Loga* vel *lóguer* homines, *paranſangalóga*, curatores *paraſangarum*, aut internuntii.

X. Angari. Ἄγγαροι. Hoc vocabulo curſores, nuntios ſeu tabellarios apud veteres Perſas nuncupatos fuiſſe ſcribit Herodotus *lib.* 8., *c.* 98., *p.* 490.

edi-

Digitized by Google

edition. Gronov. 1716, & poſt eum Euſtathius in *commentar. ad Hom.* p. 380., denique Suidas, qui ait: Ἄγγαροι, οὕτω ἐκάλουν οἱ Πέρσαι τοὺς βασιλέων Ἀγγέλους. Sed ipſa Herodoti verba inſpiciamus. *His nunciis* (Perſicis), ait Herodotus, *nihil eſt in rebus humanis quod pernicius tranſcurrit, idque hunc in modum a Perſis eſt excogitatum: quot dierum eſt tota via, totidem equos ac viros ferunt diſtare ad diei uniuſcujuſque iter, equi nempe & vir deſtinatus; quos neque vis nivium, neque imber, neque æſtus, neque nox arcet, quin propoſitum ſibi curſum celerrime conficiant: quorum primus currendo mandata tradit ſecundo, ſecundus item tertio, & ita deinceps illa tradita in alium atque alium pertranſeunt . . . Hanc equorum curſitationem Perſæ* angareïon *appellant*, τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον. Luculentum eſt hoc noſtræ angariæ & rei curſoriæ exemplar, quam ab Indis & Perſis, non autem a Græcis primo accepimus; neque enim Herodotus hanc rem tamquam inſolitam, & admiratione dignam narraret, ſi ea apud Græcos ſuo ævo locum habuiſſet. Quid ipſa vox ἄγγαρος? *Angena* eſt vehemens curſus, *o andar de preſſa*, celeriter ire, ait P. Hanxleden ſub voce *Angena*, *Angenacári* curſor, *nuntius*; & Malabarenſes Indi hodiedum curſorem, ſeu Tabellarium publicum *Angenacáren* appellant. *Angenavashi*, *angenapantha* via curſorum publicorum, qui regias tabulas perferunt; *angenapura* ſtatio, tugurium curſorum, ubi mandata & tabellas reciproce excipiunt & tradunt: Ex *angenacári* curſor, corruptum exurgit Herodoti vocabulum *angári* curſor, aut curſores, ut vult Herodotus. Corruptionem exoticorum nominum in Græcis ſcriptoribus jam notavit, & de ea vehementer doluit Fl. Joſephus *lib.* 1. *contra Appionem*, nec immerito. nam peregrina vocabula aut reſecant, aut mutilant, aut Græca mollitie & terminatione corrumpunt, ut jam vidimus, & impoſterum viſuri ſumus. Rudes Indi *angariam* (die Poſt) ſubinde *angela* vocant; unde Græcum fortaſſis promanat ἄγγελος *angelus*, *nuntius*, cujus vocabuli radix apud Perſas & Indos eſt quærenda. Dicitur etiam *angena* ſeu *antſchena prâuen*, anima anhelans, vehementer, & cum impetu deſiderans, aut pergens. Vide ea quæ animadvertit *Forſter* ad pag. 149. mei Itinerarii *edit. Berol.*, ubi vocabulum Herodoti ἄγγαροι *angari* explicat a *coactione*, nempe ab *angariare*, contra id quod Herodotus dicit: *Hanc equorum curſitationem Perſæ* angareïon *appellant;* ubi nulla mentio coactionis obviam venientium.

Antiquiſſimum Perſicum vocabulum eſt *Cidaris*, quod *Curtius* nunc capitis inſigne, nunc tiaram aut pileum; *Heſychius* tiaram XI. Cidaris κίδαρις.

aut capitis amictum; *Suidas* pileum, coronam, aut faſciam capitis apud Perſas fuiſſe ſcribit. Vid. Reland. Diſſ. VIII. de vet. lingua Perſica pag. 16c—161. *Shicha* Samſcrdamice eſt flamma ignis in conum aſcendens, *Shicari* eſt mons, *Shicar*, vel *Shicara* eſt vertex qualiſcumque ſive crinium in vertice capitis in nodum revinctorum, ſive tiara aut diadema, vel pileus in conum aſcendens & rectus, qualem ſpectare licet in Mithra Burgheſio, aliiſque Perſicis monumentis. Illuſtriſs. D. Pimentel Archiep. Cranganorenſis in appendice Lexici Hanxlediani ſub voce *Shica*, a qua venit *shicari*, ait: *Shica, Rolete, o qualquer nò de cabellos da cabeca*, id eſt, *Shica, corymbus vel alter qualiſcumque capillorum nodus*, nempe in conum aſſurgens, ut nunc etiam geſtant gentiles Indi. Scribitur *Shica* cum litera [illegible] *c.*, vel *ch.* forti & dura, quam Græca mollities & Perſicæ linguæ imperitia corrupit in literam *d.*, unde *Cidar*, ſeu cum Græca terminatione *Cidaris*. Ita Græcum vocabulum *Corymbus* provenit ex Indico *Corumbi*, quod apud Indos crines utriuſque ſexûs in nodum revinctos, & in conum ad verticem capitis aſcendentes ſignificat. Amaraſinha Corymbo Indico hæc nomina attribuit: *Shica, ſhicar, tſchudha, késhavâshi;* quæ omnia idem, quod corruptum a Græcis vocabulum *Cidaris*, denotant. Flamma ignis in conum aſcendens *Shica* vel *Shicavan* dicta hoc ſigno apud Indos repræſentatur, & inter ſacra hieroglyphica, quæ Indi in fronte vel pectore geſtant, recenſetur. En illud



XII. Condi Κόνδυ. Genus vaſis ex ære, quo vinum libabant Perſæ. Meminit illius Menander in *Adulatore*, Heſychius, & Nicomachus apud Anquetil pag. 533., in *Zend-Aveſta* tom. II. tab. XI., ubi illius formam æri inciſam Anquetil exhibet. Hoc idem vas Indis in provincia Guzaratica vocatur *Conri*, & Malabarenſibus Indis *Kindi*. Inſervit hodiedum ad potandum lac & aquam, ad peragendas luſtrationes ſacras, ad libandum lac ante ſtatuas deorum in viis & in delubris. Hoc vas etiam vocatur *Avaban*, quæ dictio componitur ex *aba* vel *ava*, & *ban*, id eſt, *vas ad ebibendum*. Hinc promanat Zendicum vocabulum *Avand* vel *Havan*, quod idem ſignificat.

XIII. Curbaſia Κυρβασία. Ariſtophanes in *Avibus*, Heſychius, Suidas ſcribunt *Curba-*

ſiam

Digitized by Google

ſiam fuiſſe Perſicæ veſtis genus, ſed qualenam eſſet, ipſi non definiunt, neque diſcors eorum hac in re opinio a Relando conciliari poteſt. Vixit *Amaraſinha* Brahmanici Lexici auctor uno fere ſeculo ante Chriſtum natum, ut obſervavimus in Præfatione ad primam ejus Dictionarii ſectionem Romæ anno 1798. elucubratam. Hic auctor Indicus ſequentia Samſcrdamica nomina *veſti* attribuit: *Tſchóla*, *Curbaſaca*, Malabarice *Cupâyam*; ad quod vocabulum habet P. Hanxleden: *Cupâyam*, *veſtido*, *veſte que cobre o ſuperior do corpo*.

Non itaque eſt cidaris, aut diadema, aut pileus Perſicus, ſed eſt *Curbaſia* illa veſtis, quæ ſuperiorem corporis partem tegit, ac ſubinde capiti imponitur ſive ad arcendum ſolem, ſive ad caput ab humida aeris intemperie conſervandum. Profecto *Curbaſon* etiam hodie Perſis non diadema, ſed linteum eſt, ſeu ſindon; vocabulo nempe veteri *Curbaſaca* (unde *Curbaſon*) ſuperſtite, quamvis alia & diverſa nunc ſit Perſis veſtitus forma. Incipit dictio Samſcrdamica *Curbaſaca* a litera ക, *cu.*, ut ea ſcribitur apud Ariſtophanem & Heſychium, qui huic vocabulo Græcam terminationem indiderunt, ita ut ex *Curbaſaca* fieret *Curbaſia*; ut ex Samſcrdamica dictione *Sindhu* vel *Sindu*, quod eſt fluminis *Indi* nomen, formatum fuit vocabulum *ſindon*; quod ex vi ſua etymologica ſignificat telam aut linteum bombycinum a flumine *Sindu* ſeu *Indo* proveniens. XIV. Sindon.

Déva ſamſcrdamice eſt *Deus*, *rex*, *idolum*. Vocabulo *Déva* geminos, Caſtorem & Pollucem a Magis Perſicis nuncupatos fuiſſe ſcripſit Heſychius. Vehementer ambigo, an in Heſychio non potius legendum ſit *Dva* loco *Deva*. Hoc ultimum *Deum* vel *Deos*; illud primum *geminos*, *duo*, ſeu *unum par* ſignificat, quod accommodatius eſſe videtur geminis, *Caſtori & Polluci*. XV. Déva.

Dian perſice cælum dici tradidit Heſychius. Cælum ſamſcrdamice eſt *djo* vel *djau*, *gham*, *abhram*, *vióma*, *nabha*, *ambara*, *ſvargga*, *ananda*, *gagana*. Latinis teſte Horatio cælum *Dium*, vel *divum* recte nuncupatur. Nec a Samſcrdamico, nec a Latino vocabulo Perſicum *Dian* multum abludit. XVI. Dian.

Perſicum nomen *Manes* variis perſonis, atque ipſis ſervis datum fuiſſe docet Scholiaſtis Ariſtophanis pag. 195. apud Reland *de Vet. lingua Perſica*. Quapropter *Maneti* hæreſiarchæ nomen *Manes*, quia ſervus erat, adhæſiſſe arbitrantur. *Man* ſamſcrdamice eſt mas vel vir, *manusha* homo, vir; *mânushi* femina; *mânen* vir nobilis, honore dignus; *mâni* puer, infans, item membrum XVII. Manes Mani.

vi-

Digitized by Google

virile; *Mini* Malabarenſibus Emmanuel; ***mani***, ***manica*** res pretioſa ***manen*** vel ***mana*** dominus; ***manava*** rex; ***mánana*** honor; ***Manu*** celeberrimus Indiæ rex; ***maniva*** dominium, excellentia. Ex his jam patet, nomini ***Manes*** variam ſignificationem ineſſe poſſe, quam definire perarduum eſt.

XVIII. *Yava* vel ***java*** Perſis teſte Ptolomæo **eſt** ***hordeum***. Id ipſum
Yava. eſt Samſcrdamicum ***java*** hordeum; quare etiam P. Hanxleden habet: ***Yava*** frumentum, hordeum; unde ***javja***, victus ex farina hordei.

XIX. Macca-beus. *Maccabeum* perſice ***dominum*** vocari ſcribit Iſidorus Peluſiota. *Mahabadi*, compoſitum ex ***ma*** vel ***maha*** magnus, & ***badi*** dominus, eſt Samſcrdamicum ***magnus dominus***. Pehlvicum ***meh***, magnus, reſpondet Samſcrdamico ***maha*** magnus. Littera ***h*** aſpirata carent Tamulenſes Indi, aliique; quare ſcribunt ***maga*** loco ***maha***; ex qua corruptione ortum eſſe videtur ***Bragmanes*** vocabulum loco ***Brahmanes***, ***Magus*** loco ***mah*** magnus vel ſapiens, ***Maccabeus*** loco ***mahabadi***, indita ubique his vocabulis terminatione & indole Græca aut Latina pro genio ſcribentium.

XX. ***Sandes*** nomen eſſe Herculis apud Perſas ex Beroſo tradit Sel-
Sandes. Σάνδης. denus de *Diis Syris* Synt. 1. cap. 6. Idem Hercules, a nobis in Syſt. Brah. deſcriptus, apud Indos vocatur ***Scanda***, id eſt, celer, a ***ſcandana*** celeritas, qua celeritate cæli exercitum luſtrat & inſtruit. ***Sandes*** itaque vocabulum eſt corruptum a Samſcrdamico ***Scanda***: quod videſis in Syſt. Brahmanico pag. 192., ubi ex Muſeo Borgiano hujus Dei imaginem æri inciſam exhibuimus.

XXI. Hæc Perſica dictio in antiquiſſimis Herodoti & Xenophontis
Sangaris Σάγγαρις. editionibus ſine litera *ſ*. legitur. Profecto ſine illa ſcribenda eſt, derivat enim ex Samſcrdamico ***Tſchan*** vel ***Tſan*** ſpitama, & ***catti***, culter, id eſt, culter longus unam ſpitamam. Proinde Perſicum illud vocabulum ſcribi debet ***Tſancati***, vel rectius ***Tſchancati***, & cultrum ſignificat, ut Malabaricum ***Pitſchancati***. ***Cangiar***, ſeu, ut Germani ſcribunt, ***Candjar***, hodiedum Perſis culter ſeu ſica eſt.

XXII. *Sarabara* veſtis perſicæ genus fuiſſe ſcribit Iſidorus *Orig.*
Sarabara. Σαράβαρα. *lib. 19. cap. 23.* ex Daniele, ubi legit: *Et ſarabara eorum non ſunt immutata*. Publius: *Apud quoſdam Sarabaras quadam capitis tegmina nuncupantur, qualia videmus in capite Magorum picta*. Hæc ſignificatio reliquis præferenda eſſe videtur, etenim deduci debet a ***Tſchara*** ſamſcrdamice veſtis, linteum ſeu tela bombycina, & ***vara*** plicatura, id eſt, ***veſtis plicatilis*** capiti tegendo idonea. Inde ***Tſcharaca*** tela plicatilis, ſeu involucrum telæ, quod varimo-

de

Digitized by Google

de plicatum venumit in India. *Tſcharavara* etiam veſtem flavi coloris ſignificare poteſt, linteum nempe ſeu *Tobaliam* flavam, quam varie replicatam & in gyrum ductam Philoſophi Indici, *Yogni* dicti, capiti circumdant, aliique orientales caput amiciunt. Textus vulgatæ Sixti V. ex Theodotione Dan. 3. v. 94. legit: *Et Sarabala eorum non fuiſſent immutata*: ubi literam *l.* loco *r.* oſcitanter collocatam fuiſſe credimus.

Nomine *Suren*, teſte Ammiano Marcellino *lib.* 30., ille inter XXIII. Surena.
Perſas vocabatur, qui primus a rege regnum gubernabat. Stephanus Morinus hoc vocabulum deducit ex Perſico *Sar* dux, princeps. Nos potius a *Sura*, *Suren*, vel *Suryen* repetimus, quod *Solem* ſignificat. Solis nomina reges & principes ſibi in Perſide & India attribuiſſe, & hodiedum in India attribuere certum eſt. Videſis *Syſt. Brahmanicum*, pag. 1.

Hoc vocabulum, quod Heſychius Νόμισμα Περσικὸν eſſe ſcribit, XXIV. Siclus.
probabilius eſt *Sikah*, id eſt, apud Perſas & Indos *numus ſignatus*, ſeu genuinus, typo & authenticitatis ſigno gaudens. Vide meam diſſertationem de Numis Zodiacalibus Muſei Cæſarei Vindobonenſis anno 1799. Vindobonæ editam pag. 22.

Herodotus *lib.* 8., *cap.* 61. ſcribit, ſcutorum perſicorum nomen *Gerra* fuiſſe: ait enim Perſas ἀντὶ ἀσπίδων γέῤῥα habuiſſe; unde etiam apud Lucianum in *Dialog. Mort.*, Philippus Alexandrum ridet, quod cum Perſis *viminea ſcuta* gerentibus congreſſus ſit. Perſicum *Gerra* id ipſum eſt ſamſcrdamicum *Gerra*, unde *Samgerra* pugna cum acinace & ſcuto, ſeu conflictus ſcutorum apud Amaraſinham. *Perſæ*, ait Herodotus, *omiſſis arcubus ex adverſo ſtetere. Ad quorum* Gerra *primum pugna atrox commiſſa eſt juxta ipſum Cereris templum.* Quæ verba ſatis indicant hunc conflictum enſibus & ſcutis accidiſſe. XXV. Gerra. γέῤῥα.

Herodotus *lib.* 1. *pag.* 55. edit. Gronovii loquens de Venere XXVI. Mitra. Μίτρα.
Urania ait: *vocant Aſſyrii Venerem Mylitta, Arabes eamdem Alitta, Perſæ vero Mitram*, Πέρσαι δὲ Μίτραν. Seldenus Synt. II. de *Diis Syris*, *cap.* 2. pag. 255—261. hanc Venerem *Lunam* eſſe exiſtimat, & in hoc non fallitur, nam Venus Urania Luna eſt. Sed hujus docti viri venia dicere liceat, vocabulum Perſicum Μίτρα, quo Venus Urania nuncupatur, non procedere a Perſico *Mithra* Sol, quo Perſæ ſuum ſupremum numen indigitant, ſed derivari ex Samſcrdamica voce *Mêdhra*, vas muliebre ſeu *yôni*, Græce μήτρα, per quod nomen deſignatur Venus ſeu Luna, generatrix rerum ſublunarium, quæ influxu ſuo ex veterum opinione recreat, alit, & auget. Hæc Veneris ſeu Lunæ actio apud Indos &

Ti-

Digitized by Google

Tibetanos per ipſum *yòni* repræſentatur, & figura illius ab Indis hodiedum fronti appicta geritur. En illam



Locus igitur Herodoti corrigendus eſt unius ſolius literæ immutatione, & ſcribendum eſt μύτρα pro μίτρα. Hoc ultimum nomen ſignificatione caret, illud Venerem Uraniam a ſuo *yòni* ſignificat. *Mithra* Sol, deus Perſicus, in feminino genere uſurpari nequit, quidquid dicat Seldenus, Relandus, & S. Ambroſius. Quod ſi pertinaciter μίτρα legere velis, erit *Mitra*, amica Luna, ut *Mithra* Sol, vel amicus eſt.. Vide ſupra vocabulum *Mithra*.

XXVII. Paryſati. Cteſias in ſuis Indicis fragmentis edit. Gronovii pag. *667.* ſcribit: matrem cujuſdam regis Indici *Paryſati* appellatam fuiſſe. Eſt hoc nomen proprium deæ *Parashàcti* ſeu *Bhavàni*, quod hodiedum mulieres Indicæ gerunt. *Parashacti* maxima vis, attributum ſacrum eſt deæ *Naturæ*, quam Indi adorant ſub nomine *Bhavàni* ſeu univerſi creatricis.

XXVIII. Anances Ἀνάγκης. *Ananceſ* nomen avis Indicæ eſſe tradidit Heſychius. *Vihanga* & *ananga* nomina generica ſunt avis, quæ ſamſcrdamice *ananga* dicitur, quaſi ſit ſine membris: *anga* membrum, pars, *ananga* ſine membris; ſine dubio ita nuncupata ob ſuam levitatem.

XXIX. Ballade. Cteſias in Indicis. edit. Gron. pag. *673.* prodidit, in India aquam adeſſe, quæ utiligines & ſcabiem ſanet. *Sanat hæc aqua*, ait ille, *utiligines & ſcabiem; Indica lingua dicitur* Ballada, *quod ſalubrem vertas*. Salubris, *bonus* Indica lingua dicitur *nallada*, & ipſa aqua vocatur *Ballam*, *nir*, *vàri*, *tanir*, &c.

XXX. Baro. Elephantem lingua Indica *Baro* vocari ſcripſit Iſidorus *Orig. lib.* 12. Elephas vocatur *Cari*, non autem *Baro*. En nomina elephantis: *Aana*, *dandi* a dente, *dandávala* idem, *haſti* ab *haſta* manus ſeu proboſcis elephantina, *dvirada*, *ghedja*, *nága*, *cungiara*, *várana*, *cari*, *patmi*.

XXXI. Deunus. Δεῦνον Indi regem dicunt, teſte Juba, ait Relandus. *Dèva* Deus, *dèvi* dea, *dèvada* idola Indica, *deválaya* templum dei, *deven* & *deva* rex & deus. Quocirca legendum eſt *Deven* rex, non autem *deunus* rex.

XXXII. Mai. Heſychius: Μαὶ μέγα Ἴνδοι. Falſa eſt lectio Heſychii, nam *magnus* ſamſcrdamice dicitur *Ma* vel *maha*, *mahima* magnitudo, *maha Mèru* magnus mons Mèru, *Màbadi* magnus dominus..

Pe-

Digitized by Google

Peperi quod eſt apud Hippocratem Indis attributum, videtur eſſe XXXIII.
Papadam, aroma acre, ſpirituoſum, linguam pungens. Peperi

Paſergáda, ſcribendum eſſe videtur *Paſercáda*; & tunc ſi- XXXIV.
gnificat *campum juvenum*, a *Paſer* puer, juvenis, & *cáda* campus. Paſergáda.

Piſagas lepra Infectos apud veteres Perſas dictos fuiſſe narrat XXXV.
Cteſias apud Relandum *pag.* 220. Samſcrdamice *Viſzam* eſt vene- Piſaga.
num, lepra, vel quidquid aliud venenoſum, quod corpus inficit.
Viſzaga eſt homo leproſus, veneno infectus.

Hoc nomine *Ormuzd* deum Perſarum nuncupatum fuiſſe tra- XXXVI.
didit Theodorus Mopſueſtenus in lib. de *Magia Perſica* a Photio Zaroan.
cod. 81. cit. Zaroan *Zarahon* ſcribendum eſſe cenſet Gaulminus,
& *Saterem* ſignificare dicit ex Arabica lingua. Thomas Hyde ſcri-
bit *Zarivan*, & per hoc nomen *Abrahamum* indigitat. Sed quo
jure lingua Arabica veteribus Perſis attribuitur, & cur non potius
nativa Zendica? In hac ſcribendum eſſe cenſeo *Sarvan*, vel *Sarn-
van*; & tunc deum *Ormuzd* ſignificabit ubique diffuſum, a *Sarva*
omnis, univerſus.

Perſas ab equis dictos fuiſſe contendit Relandus ex Arabico XXXVII.
Parſcho equus, unde *Fars* & *Paraſch*. Sed tempore Herodoti nulla Perſæ.
fuit in Perſide arabica lingua. Cur igitur Herodotus eos ſemper
vocat *Perſas*? Probabilius dicuntur a *Paraſh*, lancearii, ſeu lanceas
gerentes, vel *Pariſz* gens, familia, natio, vel *Pariſzara* ſatelles,
vel a *Per* perſona, aut denique a *Perſeo* rege, gentis inſtitutore.

Artaxerxes. Hoc vocabulum Zendico vel Samſcrdamico more XXXVIII.
ſcribi debet *Arthakshetrien*, id eſt, *magnus rex*, ab *Artha* ma- Artaxerxes
gnus, dives, celebris, & *Kshetrien* rex. Recte notavit Seldenus:
Ἀρτὰς *Perſis* μέγας *eſt*, ἢ λαμπρὸς, id eſt, *magnus & clarus*.

Vocabulum *Xerxes* ſcribendum eſſe cenſet Relandus *Xirxa*,
id eſt, *Leo rex*. Verum ſi inſcriptiones Perſicas a cl. viro Sylve-
ſtro de Sacy illuſtratas conſulas, facile concedes, non *Artaxirxa*,
ſed *Arthakshetrien* legendum eſſe. Vide ſupra nomen *Kshetria*,
Kshetro rex.

Urbis *Pattala* in India ad fluvium *Sindhu* ſitæ meminit Mela XXXIX.
Plinius, Ptolomæus, Arrianus & Curtius. *Pattála* Samſcrdamice eſt Pattala.
emporium, *un Magazin*. *Pattálam* autem eſt campus militum, vel
hominum in uno loco degentium. Ab hac igitur radice hoc voca-
bulum procedit, non autem a *Patan* vel *Patana*, urbs; ut arbitra-
tur Voſſius in notis ad Melam *lib.* 3. *cap.* 7.

Carpion arboris odoriferæ nomen eſſe in India prodidit Cteſias XL.
apud Relandum *pag.* 215. Arbor cinnamomi, quam *Canella* voca- Carpion
mus, vocatur *Caruva*, cortex autem illius arboris *Caruvateli*. Ab

Digitized by Google

hac igitur voce *Carpion* corruptum eſſe videtur; & ea omnia quæ Relandus affert ad hujus nominis explicationem, violenta & infauſta ſunt.

I. Res igitur certa eſt, antiquiſſimis temporibus linguam Samſcrdamicam in veteri *Perſide* & *Media* in uſu fuiſſe, ac linguam *Zendicam* ab illa profluxiſſe. Hoc ex natura & indole Idiomatis Zendici deducitur, hoc veteris linguæ Perſicæ λείψανα loquuntur, hoc ſuperſtites veteris Perſicæ liturgiæ voces & nomina ſuadent, hoc denique ipſa Perſidis & Indiæ cognatio, affinitas, & vicinitas oſtendit. Nec minus certum eſt, utramque hanc linguam *Herodoti* & *Cteſiæ* ævo in Perſide viguiſſe, ac proinde idioma Samſcrdamicum antiquiſſimum eſſe, quod poſtquam in Perſide vernaculum eſſe deſiit, in India conſervatum, auctum, purgatum, & excultum fuit.

II. Jam facile intelligimus, cur in libris *Zoroaſtro* attributis multa doctrinæ Indicæ capita, quamplurima Samſcrdamica nomina, liturgica vocabula, integræ conſtructiones verborum, & ipſi librorum contextus Samſcrdamico ſermone conſcripti reperiantur. Conferantur in hanc rem libri Zoroaſtrici apud Anquetilium in Zend-Aveſta; & quamvis horum librorum antiquitatem, auctoritatem & αὐθεντίας oppugnaverit Jones, Richardſon, & Meiners (33), attamen rectius de his Zoroaſtricis libris ſenſere Kleuker, & Th. Chr. Tychſen in *Comment. Soc. R. Scient. Gœttingens.* Vol. XI. & XII. Profecto ſi horum librorum exiſtentiam, auctoritatem & antiquitatem proſtituas & expungas, nulla erit Plinii, aliorumque veterum ſcriptorum auctoritas, qui Zoroaſtrum multos libros condidiſſe uno ore clamant; nulla jam erit linguæ Zendicæ exiſtentia, antiquitas, & cum Samſcrdamica affinitas, quam tamen ipſe prædicavit Guillielmus Jones (34). Quod ſi enim omnis illa compilatio librorum *Zerd Thuſti* recens eſt, & ex recenti Samſcrdamicæ linguæ corruptione inter Parſos orta fuit, ut vult *Jones*, cur, quæſo antiquiſſimi Parſorum ritus, veteres Perſarum inſcriptiones, Zoroaſtrici cultus apud varias gentes frequentiſſima veſtigia, liturgicæ Parſorum preces, libri denique non una, eaque puriori Samſcrdamica lingua, ex Indico ſolo, quod nunc Parſi incolunt, deſumpta

(33) Vid. *Conſpectus Reipublicæ Literariæ*, Chriſtoph. Aug. Heumanni, *editio VIII.*, *tom.* I. *pag.* 410., ſub nota (b).

(34) *Aſiatick Reſearches*, tom. II, §. III. pag. 43.-54.

ſumpta conſcripti ſunt, & cur ubique admixtam prodant veterem *Zendicam* linguam, ab aliis Indicis dialectis ita diſtinctam, ut verbi gratia, inter nos diſtinguitur lingua Gallica ab Italica? Quis autem niſi mente captus Italos & Gallos inter ſe confundat, idioma eorum unum idemque eſſe dicat, libros eorum, indolem, artes, cultum civilem, & cogitandi methodum inter has duas nationes non diſtinguat? Qua ratione Guillielmus Jones Zendicæ linguæ exiſtentiam, & inter Samſcrdamicum idioma differentiam percipere, & dijudicare potuit, quomodo veteris Perſici cultus capita ab Indicis diſtinguere, ſi recentes ſint Zcroaſtrici libri, & nihil veteris Perſicæ doctrinæ in ſe contineant? Rectius itaque linguæ Samſcrdamicæ uſus pervetuſtus in veteri Perſide ſtabilitur, & ex eo facilius omnis illa utriuſque linguæ ac dogmatum commixtio & corruptio, quam in Zerá Thuſti libris eruditi viri obſervarunt, deducitur. *La religion Indienne a toujours dominé dans Kaboul*, ait Anquetil du Perron in *Zend-Aveſta* tom. 1. 2. p. 267. n. 2. Eamdem Indicam religionem cum multis Samſcrdamicis vocabulis in *Sinas* penetraſſe apud eumdem Anquetil prodidit *P. Gaubil*, in Zend-Aveſta tom. 1., 1. p. 335. n. 1. Non itaque mirum nobis videri debet, ſi Zoroaſtrici libri, qui probabilius in Urbe *Balkh*, Indiæ ſatis vicina, conditi ſunt, vocabulis Samſcrdamicis, & doctrina Indica referti ſint. Hoc tamen non officit eorum antiquitati & auctoritati, quin immo utramque vehementer confirmat. Zoroaſtrum ſub *Guſtasp* Perſarum rege vixiſſe, Brahmanis Indi litteras ſæpenumero accepiſſe, quin immo cum eodem *Tſchengreghâsſchah* (ſcribendum eſt, *Tſchangrenatſcha*, id eſt, *dominus Tſchangren*) Brahmane Indo frequentia colloquia, diſputationes, & diſquiſitiones tenuiſſe, Sabaiſmum ſeu aſtrorum cultum, qui olim Perſis & Indis communis fuit, reformaſſe, ac denique ignis cultum in Perſide ſtabiliviſſe, ex Orientalium traditionibus tradidit idem Anquetil du Perron. Vide articulum *Kè Guſtaſp*, & *Zoroaſter* in *Zend-Aveſta* (35). Quod ſi his Orientalium traditionibus addere

g 2 liceat

(35) Urbs & totum territorium *Kandahar*, quod hodie intra confines Perſidis clauditur, olim a Veris Indicis populis *Banian* dictis incultum habitatumque fuiſſe, veteres Viatores & Geographi memoriæ prodiderunt apud Joannem Jonſſonium. Territorio *Kandahar* proxima eſt vetus *Bactriana* cum ſua urbe *Balkh* ad fluvium *Oxum* ſita, in quam ex montibus *Kandahar* plura flumina influunt. Recte igitur Euſebius *Præp. Evang. lib. 6.* in India & Bactriana collocat *Brahmanes* philoſophos: provincia enim *Kandahar*, nunc Indis, nunc Perſis ſerviebat.

Quod

liceat auctoritatem Euſebii Cæſarienſis, Clementis Alexandrini, Plinii, Ammiani Marcellini a nobis ſupra allatam, ex qua conſtat, Zoroaſtrum ſive *Perſam*, ſive *Medo-Perſam* aut *Bactrianum* fuiſſe, & quidem Perſici cultus religioniſque non inventorem, ſed reformatorem, jam luce meridiana clarius patebit, libros Zoroaſtri ex magna ſui parte genuinos, & antiquos eſſe, ac jam olim, non autem his ultimis temporibus, ut vult Jones, doctrina Indica & lingua Samſcrdamica infectos, refertosque fuiſſe. Certa & inconcuſſa ex noſtra diſſertatione ſtat linguæ Zendicæ & Samſcrdamicæ affinitas & antiquitas: itaque probabilius certa redditur etiam librorum Zerá Thuſti antiquitas & auctoritas. Hoc judicium ferre libuit de Zoroaſtri libris, ut deſiderio ſatisfacerem plurium doctorum virorum *Romæ & Vindobonæ* ex me quæritantium: quid de libris Zoroaſtro attributis ſentirem. Dum hæc dico, animus non eſt, libros illos qui *Zoroaſtro* vulgo adſcribuntur, eidem attribuendi: id tantum contendo, in eis multa antiquæ Perſicæ doctrinæ capita reperiri, eaque genuina eſſe, ac proinde veteribus monumentis accenſeri debere. Inutile duco fabulas a Plinio *lib.* 30. *cap.* 1., & a Clemente Alex. *Strom. lib.* 5. *de Zoroaſtro* relatas explodere, cum pleræque non ex Orientalium traditionibus, ſed ex Græcorum commentis natæ ſint. *Zoroaſtri*, ait Heumann in conſpectu Reipublicæ Literariæ tom. 1. part. poſt. pag. 409, *Zoroaſtri ſex ſtatuuntur, ſed diligentiſſimi rerum Perſicarum ſcrutatores unum tantum fuiſſe contendunt, qui Darii Hyſtaſpis* (Gushtaspi) *tempore vixerit*. Huic, non alteri, aliqua pars librorum ab Anquetilio laudatorum attribuenda eſt. Hæc de Zendica & Samſcrdamica lingua. Pauca nunc addamus Samſcrdamica nomina, quæ cum Germanica lingua cognationem habent.

Quod ſi vero Zerá Thuſt *Bactrianus* fuit Sapiens, ut affirmat Plinius, Clemens Alex. *Strom. lib.* 1. pag. 357. edit. Ven., Juſtinus *lib.* 1., Agathias *lib* 2., & Ammianus Marcellinus *lib.* 23.; jam perfecte elucet, qua ratione Brahman *Tſchangrenatſcha*, aliique Indici Sapientes cum Zerá Thuſto colloqui, diſputare, & conferre potuerint; & quomodo illi libri qui Zoroaſtro attribuuntur, lingua Samſcrdamica & doctrina Brahmanica referti ſint.

VO-

VOCABULA

Samscrdamica.	Germanica.	Latina.
Pur, puri.	Burg.	Urbs, caſtellum.
Ananda.	Unende, unendlich.	Infinitus, ſine fine.
Anda.	Ende.	Finis.
Vidhava.	Wittib.	Vidua.
Mán.	Man.	Mas, vir, homo, perſona, maſculus.
Madr, mádu.	Moder, muader, mother muther. Sax., Theotiſc.	Mater, genitrix.
Pidr, pida.	Fater, father (36).	Pater.
Bhrader.	Bruder.	Frater.
Madjama.	Magd, Magatin, Maid Madhen, Madl.	Puella, virgo.
Godama.	Godan, Wodan (37).	Deus *Godama*, ſeu *Mercurius*.
Mánuſza ſùnu.	Mannes ſuna. Matthæi 24., 22. 27.	Filius hominis.
Sùnu.	Sohn, Son, Sun, Sunu.	Filius.
Duhida.	Dochter, idem Perſice.	Filia, puella.
Herda.	Hertz.	Cor, res cordis, conſcientia.
Naſi, nàſiga.	Naſen.	Naſus.

Nàgha

(36) Vocabula Germanica ſive Saxonica, ſive Gothica, ſive Franco-Theotiſca ex Theſauro antiquitatum Teutonicarum, ſeu tomo III. Gloſſarii *Schilteriani* ad ſcriptores linguæ Francicæ & Alemanicæ veteris, Ulmæ anno 1728. edito, excerpſi. Aliqua etiam ſubminiſtravit *Chronicon Gotwicenſe*, tom. I. typis Monaſterii Tegernſeenſis anno 1732. in lucem emiſſum.

(37) De deo *Budha* ſeu *Godama* Indico vide *Syſtema Brahmanicum* pag. 154-163., tab. XX., & de Germanorum deo *Godan* ſeu Mercurio, unde *Godansdag*, dies Mercurii, videſis *Schilteri* Gloſſarium pag. 199., item Joannem G. Eccardum in libro *De origine Germanorum*, cum annotationibus *Scheidii*, Goettingæ 1750., pag. 44. Ex his omnibus patebit: Indos & veteres Germanos idem numen *Godama* coluiſſe, ut ambæ gentes deum coluere *Solem*; unde Solis ſacrificium *Tágam* apud Indos, & apud Germanos *Sonnublot*, id eſt, ſacrificium Solis. Confer Jul. Cæſ. lib. 6. de *Bello Gallico*.

SAMSCRDAMICA.	GERMANICA.	LATINA.
Nàgha.	Nagel.	Unguis.
Cheiſer. Perſicum.	Kayſer قيصر.	Imperator, Cæſar.
Himala.	Himel.	Deorum ſedes, cælum.
Dèva, Dèvada.	Teufel.	Diabolus.
Tri, tria.	Trey, drey.	Tres, tria.
Stàrana.	Stern, Sterron.	Stellæ, aſtra.
Mànusha.	Meniſco.	Homo, vir.
Màrcca.	Mark. Gloſſ. pag. 571.	Via, limes, terminus, margo.
Shaſiga.	Cheſtiga.	Caſtigo.
Cudumba.	Chumbera.	Gens, tribus, natio.
Vidi.	Wit.	Amplus, latus.
Go, gau.	Kuh.	Vacca, bos.
Andara, idara.	Ander, andera.	Alter, alius.
Curiada.	Kurtze, kurtz.	Brevis, curtus.
Prida.	Fried.	Pax, amicitia, amor.
Shàla.	Saal.	Atrium, Muſeum.
Ashlèsha.	Shlieſſen.	Amplecti, amplexus.
Bhiksha.	Bitte.	Petitio.
Sam.	Sam.	Simul.
Pùr.	Vor.	Antecedens, ante.
Pùrva, Pùrvaga.	Forman.	Major, antecedens.
Vàſa.	Haus.	Domus.
Tſchandàla.	Shandlich.	Abominabilis, vilis.
Tſchanda.	Shand.	Opprobrium.
Pàlya.	Phala. Gloſſ. pag. 654	Arx, municipium.
Pad, pàda.	Pad, phat. Otfrid. 1. 18. 94.	Via, ſemita.
Manmatha.	Mamonti, mammendi.	Blandimenta, ebrietas ex deliciis.
Vàrta.	Word, Worto. Gloſſ.	Verba.
Bhàradi.	Baren. Gloſſ.	Portare, ferre.
Bhagena.	Bach, bacch, bake.	Vas, pelvis.

Digitized by Google

SAMSCRDAMICA.	GERMANICA.	LATINA.
Drda.	Drado, drato, thrado. Gloſſ. Schilteri.	Præceps, celer, velox.
Vihar.	Pfar, phare, farru.	Parochia, templum,
Gamana.	Gan, gehen, ganne.	Ambulare, ire.
Lipſa.	Lieb.	Amor, deſiderium.
Nàbha.	Nabel.	Umbilicus.
Guda.	Goffa, goffe. Gloſſ.	Clunes, poſteriora.
Geha, dhama.	Gegadame.	Domus, cœnaculum, horreum.
Prèma.	Freund.	Amor, amicitia.
Getſchadi.	Gehet, geht.	It, ambulat, pergit.
Bendha, bendhana.	Band, binde.	Vinculum, cognatio, ligamen.
Dend.	Zend.	Dentes.
Jahran.	Jahr.	Annus.
Duar.	Dor.	Janua, porta.
Duaravàrti.	Dorwartel	Cubicularius, cubiculi cuſtos, janitor.

Plura heic vocabula Germanica congerere poſſem Samſcrdamicis affinia. Cognationem vocabulorum Germanicorum cum Perſicis jamdudum notarunt alii viri eruditi, Pfeiferius, Valtonius, Burtonius, Marcus Zuerius Buxhornius in Epiſtola ad Nicolaum Blanchardum exarata, quæ incipit: *Quæ Curtio illuſtrando data nunc a te ſunt*. Exſtat inter Buxhornii Epiſtolas & Poemata Francofurti & Lipſiæ edita anno 1679. Hoc argumentum admirationem tollere debet iis lectoribus, qui affinitatem aliquam linguæ Germanicæ cum Samſcrdamica nunquam ſuſpicati ſunt. Etenim ſi verum eſt, ut oſtendimus, veterem Perſicam linguam dialectum eſſe linguæ Samſcrdamicæ, ſequitur, linguam Germanicam etiam cum hac ultima lingua aliquam cognationem habere.

Hanc cognationem linguæ Germanicæ cum Perſica eruditi viri deducunt dicendo: *Parthos* & *Germanos* a *Scythis* oriundos, diu Perſidem tenuiſſe, ac proinde utrique nationi Perſici ſermonis permulta vocabula inhæſiſſe, quæ Germani ex Scythia orti ad *Danubii* & maris *Balthici* ripas ſecum detulerint. Videantur de hac re *Sheidii* an-

Digitized by Google

annotationes pag. XXI. ad *Eccardi* librum *De origine Germanorum*. His viris reponi poteſt, Herodotum ſcripſiſſe, *Germanos* Perſarum genus eſſe: etenim lib. 1. cap. 24. edit. Francof. antiquæ Perſidis populos enumerans *Germanos* collocat inter Perſidis *aratores*, alios vero inter *pecuarios*. Quidquid ſit, aliqua inter Germanicum & veterem Perſicum ſermonem, ac proinde etiam inter Samſcrdamicum cognatio negari non poteſt; ac proinde infauſta, falſa & futilia omnia ea eſſe credo, quæ nonnulli afferunt, ut oſtendant, primævam gentis Germanicæ originem & incunabula in *Suecia* quærenda eſſe. Hæc fuere *Rudbeckii* & *Caroli Lundii* ſomnia. Non minus ridiculos ſe præbuerunt *Stiernhielmius*, *Buffonius*, Comes *Gaſtonius a Turre Rezzonicus*, qui totum fere genus humanum a Septentrione deducunt. *Mannu* rex eſt Indicæ gentis auctor & inſtitutor, ut ſæpenumero in ſiſtemate Brahmanico docuimus. Is ipſe *Mannus* auctor & conditor Germanorum fuiſſe traditur a Tacito de mor. German., ubi ait: *Celebrari in Germania carminibus antiquis Tuiſtonem Deum terra editum & filium* Mannum, *originem gentis, conditoreſque*. De hoc *Mannu* rege & gentis Germanicæ conditore nulla inter eruditos viros eſt diſcordia. Is ergo ipſe eſt, qui condidit Indicum imperium, *Noah* nempe, Perſicæ, Indicæ, & Germanicæ gentis caput & origo,

Quæ quidem vetuſtiſſima traditio, tam ſancte a tribus nationibus conſervata, jam oſtendit, Indos, Perſas & Germanos ex Oriente deſcendere, & illic etiam linguæ Germanicæ incunabula ſtatuenda eſſe.

Patavii Typis Seminarii M. D. CC. IC.

5831552